


- 1, Thesaurus juris prudent: rom: germ
for: sec ord: f: tom 1: folo: 1. autor
lok: Andrea: Hofmann: Jena 1748
- 2, Disj de praescript actionis pignoratitiae
pael: Heimburg resp: for: Ludwig Schmidt
Jena 1750.

Sammlung 1



22. 27

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
OFFICIO TVTORVM ET
CVRATORVM CIRCA LITES
PVPILLORVM ET MINORVM
AD ILLUSTRANDAM REFORMAT. FRANCO-
FVRTENSEM P. VII. T. IV. §. IV.
ET IX. ET T. IX.

QVAM
AVXILIANTE DEO
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI IURECONSVLTORVM ORDINIS
IN INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
RITE CONSEQVENDIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
AD D. XIX. APRIL. MDCCLXII.

SVBMITTIT
IOANNES GEORGIVS SCHLOSSER
MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

ALTORFII
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

9-27

DESTITUTIO
DE
OFFICIO TUTORVM ET
CURATORVM CIVILIVM
PAPILLORVM ET MINORVM
AD IMPERIALIAM RECTORIAM
LIT. B. 1. K.

ANNO DOMINI
MDCCLXXV
MAGNIFICI IURISCONSULTORVM ORDINIS
IN EXCELTA ACADEMIA ALTAURINA
ERGO SVMMI IN VTRIQVE IURE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
RITE CONSTITVTI
PUBLICO TUTORVM ET
AD IN EIVS AERIE INDICIA
SPE MITTIT

IOANNES GEORGIVS SCHLOSSER

ALTAURIN
LIT. B. 1. K.





PRAEFATIO.

B. L.



Quam, priusquam academicis studiis ultimum vale
dicerem, ad summos in iure honores obtinendos
meorum esset partium, specimine quodam inau-
gurati studiorum meorum rationes reddere; diu,
non nego, haesitavi, qualem potissimum exponen-
dam mihi sumerem materiam, quae neque in om-
nium ore, neque sine utilitate, esset. Placuit de tutoribus
et curatoribus scribere, eorumque officium pro pupillis et
minoribus in iure agentium explicare. Innotuit magno meo
commodo hocce consilium Viro Illustri Dom. B. I. SCHVDTIO,
Reipb. patriae Syndico et Consiliario dignissimo, Cuius plane
singularis eruditio, summa in Rempbl. nostram merita, et
eximia



eximia in me benevolentia, ultra meas sunt laudes. Adproba-
uit propositum meum suo calculo, et ea qua in me est humani-
tate, omnia quae ad materiam istam spectantia pro sua eru-
ditione per plurimos annos collegit, mecum ex suis communi-
care scbedis, non dubitavit. Iunxi doctissimis hisce obserua-
tionibus aeternas Ill. Dni. Doct. I. P. ORTHII, Cui doctis-
simo Viro, et si naturae non esset, (nam et haec necessitudine
me Illi iungit) et venerationis et grati animi vinculum me
obligat, in patrias leges commentarios, quorum Illustrium
Favorum eruditione et mea sustinebatur imbecillitas, et hocce
qualecunque specimen valebit, siquid valet. Exposui ergo
tutoris pro pupillo in iudicio agentis officia, quod rectius
fieri non posse putavi, quam, ubi primum, generalioribus
praemissis, causas exponerem, cur tutore et curatore in iudicio
opus esset, exponerem naturam obligationis utrique imposi-
tae, traderem cautelas utrique obseruandas, simulque, quid
de curatore ad litem sentiendum sit, explicarem. Inde ad spe-
cialiora progressus totam tractationem ita direxi, ut pri-
mum ex eo, quod alius pro alio agat, varias deducerem con-
clusiones, ad §. XXI. inde eas quae hoc officium ex tutoris
munere recipit determinaciones exposui, quum enim tutor ab
alio administratore multum differat, nouae suboriebantur
obseruationes, quae ad hunc solum, non ad alios negotiorum ge-
stores vel administratores pertinent. Tandem, quum et
fauori pupillorum multum iura tribuant, quantum nostra per-
misset tractatio, et de pupillo, eius iuribus, atque obliga-
tionibus, eiusque priuilegiis, quaedam adieci. Accidit et mihi
quod in huiusmodi speciminibus non infrequens est, ut erro-
res quidam typographici irrepserint, quos excusatos habe-
bit L. B. et hocce specimen serena fronte accipiet,
sique displiceat, fauebit tamen

AVTORI.

§. I. Quum



§. I.

Quum officii tutorum et curatorum maxima sit ^{Tutores et} pars bona pupillorum minorumque tueri ^{Curat. debent} conferuare, et defendere, l. 1. pr. et §. 1. ff. ^{defendere} defendere ^{pupillos vel} §. 1 et 2. l. de tut. nemo erit qui non videat, ^{miuores, etiam} etiam horum defensionem, vbi lis est agenda in iudi. ^{litigantes.} ^{litigantes.}
cio, incumbere, idque eo magis, quo minus iis de Iure Romano l. 1. et 2. C. qui legit. perf. standi in iudic. habent, in iudicio comparendi fas erat, adeo, vt, si pupillus vel minor sine tutore vel curatore egerit, nullum esset negotium, l. 1. cit. cui adsentit Ius Germ. et in primis nostrum statutarium, quod P. VII. T. IX. §. 1. a foro minore, atque eo magis et pupillum, arcet sub poena nullitatis gestorum: *vm nichtigkeit des Processes zu verbüthen.* Sunt equidem nonnullae causae, vbi aetas suppletur, minorique in iudicio comparendi potestas conceditur, quales sunt causae matrimoniales, spirituales, et quodammodo criminales, immo et nonnumquam ^A ^{ciuiles}

ciuiles, de quo infra §. 31. latius dicemus. Vid. interim Vult. de Iud. l. I. c. 6. n. 22. in quibus omnibus, dum ipsi pupilli agere queant, beneficio restit. in integr. vti ipsis non licet. STRVV, ad ff. Ex. 9. Th. 7. Ex. 8. Th. 51. et Th. 57. ibique P. MÖLLER: Attamen plures et frequentiores sunt eae, quae pupillum a iudicio prohibent; Quod quum uiderint Legumlatores, cogitauerintque, quantum totius intersit Reipubl., ne qui per aetatem sese defendere nequeunt, indefensi facultatum patiantur iacturam, mirum non est, eos adeo sollicitè hoc officium inculcare tutoribus. Tot sane illud legibus, totque statutis, adprobatum firmatumque, et tutoribus inculcatum, est, ut, si omnia congerere uehemus, facile eorum cumulum sat grauem colligere possimus. Pauca adferamus, tum Romanorum, tum Germanorum leges defensionem pupillorum et minorum tutoribus iniungentes. Inter illas praeter superius adlegatas eminet l. 25. §. f. l. 54. ff. de Re iud. l. 22. ff. de in ius voc. l. 30. de adm. et peric. tut. l. 11. l. fin. C. eod. Sequitur haec dispositiones ius Germanicum recentius, variis in statutis. Inter alia vid. Proiect. Preuss. Landr. P. I. T. III. Art. 2. §. 33. ibique form. iuram. tut. P. I. T. II. Art. VI. §. 7. Bayer. Lands. Ord. T. V. Art. VII. Maynz. Vorm. Ord. zu Erf. n. 14. Lands. Ord. des Koenigr. Boeheim de a. 1627. L. N. n. 4. der Margg. Maehr. f. 162. Ref. Nor. T. 39. l. 7 et 8. form. iur. Hal. Sueu. §. 4. Waysen Ord. der Koenigl. Stadt. Thorn. art. 29. Silentio praeterimus plura alia statuta, ne praeter necessitatem fiamus uerbofiores. De praxi (quantum enim illa a legibus saepe recedat quis nescit?) dubium non est. Testatur de ea N. Coll. Conf. Tub. Vol. VII. C. 4. n. 110. seq. ubi: „ad officium tutorum non saltim de-

„fensi-

Tum de I.
Rom.

Tum de I.
Germ.

Et praxi.

„ fensionem pupilli , sed et eiusdem bonorum ac iu-
 „ rium, pertinere , notorium est ; quo in specie etiam
 „ referri debet tuitio iudicialis , siue dein illa agendo ,
 „ siue excipiendo , praestanda veniat. „

§. II.

Magis ad propositum facit dispositio Ref. nostrae
 quae variis in locis huius tutorum officii clare mentio- ^{Inprimis Ref. Francof.}
 nem facit. Pertinent huc inprimis verba formulae iu-
 randi P. VII. T. 2. post §. 20. *der Kinder welchen ihr ietz-
 und zu Vormundern verordnet, werdet, personen und guter
 treuwlich versehen, verwahren, in und ausserhalb rechtens
 vertreten, und beschirmen etc.* quae latius explicantur T.
 IV. §. 4. verbis: *sollen sie ihre der pflegkinder personen
 auch ausserhalb und innerhalb rechtens beschirmen, und
 vertreten, es seye gleich ibrenhalben zu klagen oder zu ant-
 worten.* Et §. 9. *Schulden auch furderlich in der gute,
 oder, da vornötiben, auch rechtlich, ersodern und einbrin-
 gen.* quae dispositiones adeo sunt clarae, vt facile ius
 Rom. perspicuitate vincant, prout illud, vt solet, acu-
 tissime demonstraui Vir Ill. et de patrio iure optime me-
 ritus IO. PHIL. ORTHVS, in Anmerk. über die Frfr. Ref. 3ten
 Fortsetzung, et inprimis, quoad form. iurandi, KLORZ.
 diff. iur. ciu. et Ref. Frfr. ad. P. VII. T. 2. §. 6 et 12.
 Intelligendae autem sunt hae leges de eo tantum casu, ^{Exc. lis tut. v. curat. cum pu- pillo vel mi- nore ipso.}
 vbi cum alio, non, si cum ipso tutore lis vertitur; quam
 vis enim per Nou. 72. C. 1. non possit tutor esse, qui
 vel obligatum habet pupillum, vel ipsi est obligatus,
 nisi mater sit, aut auia, Nou. 92. adeo, vt, si
 tempore susceptae tutelae, hancce filue rit obliga-
 tionem, vel exceptionem solutionis, si debitor, vel
 creditum, si creditor fuerit, amittat, Nou. cit. C.
 4. quod et nostrum patrium ius confirmat. Ill. Orth.

Ann. III. Fortf. p. 251; tamen, quum demum obligatio ista durante tutela oriri, aut tutoribus innotescere queat, quid tum iuris sit, non abs re erit dispicere. Et subsistit quidem patrium ius interdum in dispositione iuris Romani Iustiniani, quod tali tutori curatorem ad litem adiungi iubet, Nou. cit. C. 2. interdum autem, ubi tutor vir fuerit integre famae, ipsi petenti decretum magistratus conceditur, quod disponit, qua fieri ratione solutio debeat. Ill. ORTH. Ann. III. Fortf. p. 251.

§. III.

Ad agendum
non cogitur
tutor.

si tamen nolit,
et damnum
exinde immi-
neat pup. v.
minori, ut
suspectus re-
mouetur,

Quanquam autem id sibi velit Ref. nostrae dispositio, quam §. antec. adduximus, ut tutor pupillum, vel actorem, vel reum, in iudicio defendat, non tamen ideo statim putandum, mediis coactiuis eum ad lites agendas compelli posse. Nemo regulariter ad agendum compellitur, l. vn. C. ut nemo inuitus agat etc. nedum itaque tutor, quem tot tantaeque rationes illi soli notae, quominus lite implicet pupillum, impedire queunt. Quodsi uero tales iustae causae, quas mox explicabimus, non subsuerint, si dolose, vel remissius tantum, tutelam gerens, lites pupilli agere detrectet, sane meretur, ut, cum LL. pupillorum securitati prospectum iri velint, doli vel culpa poenam ferat. Factum illud tam iure Romano, quam statutorio nostro, quae iura in multis amice conspirant. Vtrumque nimirum tutores, qui non ex fide gerunt, ut suspectos a tutela remouet, et illud quidem §. 6. I. de susp. tut. et. l. 3. §. 5. ff. de susp. tut. dolosos cum existimationis iactura, l. 3. cit. §. 18. eosque, qui ob segnitiam vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem vel ineptiam, remouentur, salva fama a tutela abesse iubet. Idem vult Ref. nostra

T. IV.

T. IV. §. 18. verb. *derselbe farlaessige Vormunder, wenn er suspect befunden, wird abgesetzt, quae suspectum §. 19. explicat, scil. qui ita se gerit, das man nicht spükren kan, das ers. recht treuwlich mit den pflegkindern vnd ibren gütern meine.* Caeterum quod de infamia huiusmodi tutoris statuunt leges romanae, et inter nos valere testatur, illustr. Orth. Anm. III. Fortsetz. p. 318. Hac itaque ratione quum pupillo, ne negligentia tutoris vel dolusdamno ipsum adficiat, in omnibus tutelae negotiis prospiciatur, sine dubio et illud tunc locum habebit, vbi lites pupilli tutor gerere neglexerit: Et frustra omnem damnus ex neglecta lite oriundum in se recipit tutor, quamuis enim et bonis valeat, et pupillum indemnem praestare possit, praestat tamen futuris praeuenire malis, quam iam ingruentibus mederi, nam satisfactio maleuolum propositum non mutat, sed diutius grassandi in bonis pupilli facultatem praestat. §. 12. I. de susp. tut. Audiendus tamen tutor priusquam remoueatur, quum graues ipsi causae esse possint, cur nolit gerere litem pupilli, quas, dum bonorum pupilli administracionem habet, solus forsan nouit, iisque rite ponderatis, si nullius repertae fuerint momenti, tum demum remouendus est.

§. IV.

Tutoris igitur curatorisque cum sit pupillum in iudicio defendere, adesse minori, adeo, vt sine ipso quod geritur, regulariter sit nullum, quaeri potest, quis ergo sit, qui defendat minorem curatorem non habentem? Notum quippe est, olim minoribus nullos fuisse datos curatores, nisi volentibus tantum. §. 2. I. Interdum ad lites specialis. curator datus.

de Curat. Adoptauit hanc sententiam et nostra Reformatio P. VII. T. IX. §. 1. *Wie wohl die Jungen so über ihre vierzehn Jahre und dermassen - nicht schuldig sind über ihren Willen einen Curatorem zu begeben noch zu nehmen etc.* et, vt solet, romanum ius suum fecit. Ne tamen minores hoc modo suo iure priuentur, dum nec ipsi in iudicio adesse, nec legitimam personam standi in foro habere queant, neque qui eos defendant habeant, Romani nouum quoddam curae genus excogitarunt, quam ad litem uocabant. Neque respuit hoc inuentum nostra Reformatio, quae per t. t. IX. P. VII. hocce curatoris ad litem officium deducit et explicat. Desinit uero iam haec superstitio, qua Iureconsulti Iuri Rom. tanquam glebae adscripti nihil iustum nihilque bonum iudicabant, nisi quod Romana docuerit schola. Necessaria scil. hodie est curatoris constitutio, adeo, vt et testamento a parentibus, et inuitis adolescentibus a magistratu queat dari. III. Dn. Orth. Ann. III. Fortf. p. 328. seq. Possset inde superuacanea uideri noui curatoris ad litem constitutio, huncce tantum defectum corrigens, sed tamen non est; possunt nimirum quaedam curatorem mouere causae, vt ipse litem gerere detrectet, vel vereatur, integrumque tunc illi est adire iudices, illosque pro nouo contutore ad litem gerendam rogare, quod illi nullatenus negandum, III. Dn. Orth. Ann. der Fr. r. Ref. III. Fortf. p. 337. Huius uero tutoris officium quum ad lites gerendas tantum pertineat, non potest non ab aliorum tutorum, omnium facultatum pupilli administratorum, munere differre. Ita inuentarium conficere non tenetur; tutorem quoque habenti datur; non constituitur inuitis, nisi sit procurator ordinarius, vel uirgens inestet necessitas; lite finita cessat illius munus; immo iuxta alios,

Differt ab
ordinario.

alios, quibus et praxis accedere videtur, nec fatisdare cogitur, nec iurare, prout haec omnia deducit ac explicat Mev. ad l. Lub. L. I. T. VII. Art. II. n. I. seqq. Nostro vero ex statuto non lite tantum finita, *bis diefeste* (Rechtfertigung) zu ende gebracht wird, sed et, ubi maior interea factus fuerit curandus, *dafs mittler zeit derienige, dessen Curator er worden, seine 25. iahre vollkoenlich erreicht babe, und solche Rechtfertigung fuerter selber ausfuehren moege*, §. II. Tit. cit. haec curatela cessat: Imo praeterea et iurare cogitur eiusmodi tutor, P. VII. T. IV. Ref. ubi Form. iurandi.

§. V.

Quodsi vero tutor vel curator, siue ordinarius ille si negligentia fit, siue ad litem datus, negligens fuerit, uel in prae- pupillo dam-
iudicium pupilli aliquid gesserit, duplex remedium laesis num infertur
est pupillis uel minoribus, restitutionis nimirum in quale reme-
tegrum, uel directae tutelae actionis, vel utilis, l. 1. pr. l. dium?
16. §. 1. l. 20. ff. de tut. et rat. distrahendis l. 1. §. 2. ff.
de Contr. tut et vt. act. l. 3. C. Arb. tut. quorum reme-
diorum illis electionem tribuit MEVIVS P. VIII. Dec. 80.
Sed contrarium defendunt STRYK. Diff. 18. D. 2. Caf.
for. ref. 2. n. II. seq. WERNHER Obs. for. P. I. Obs. 264.
qui in primis ob l. 13. §. vit. C. de iud. er, quia alias facile
elusorium fieret iudicium, primo contra tutorem expe-
riendum, et tum demum, si hoc non suffecerit, re-
stitutionem petendam, putat. Et sane lubens isti tan-
torum virorum sententiae accedo, praeter enim modo
ab ipsis adlegatam rationem et illa me mouet, quod
per restitutionis impetrationem magnum aduersae parti
non possit non oriri praeiudicium, quod, ubi tutor in-
demnem praestet pupillum, damnumque ab ipso il-
latum

latum ipse quoque sustineat, aequissime evitari potest. Si vero laesio ista, uel damnum minori illatum, eius fuerit naturae, ut restitutio sola remedium illi adferre queat, ueluti, si de re agens pretiosa tutor aliquid neglexerit, quam restituere nequit, ideoque contra eum iudicatum fuerit, uel, si fatale quoddam Legibus praefinitum neglexerit; tunc sane aequo iudicis arbitrio relinquendum puto, qua ratione laeso subueniendum, an tutelae actione, an restit. in integrum? BOEHM. de cursu praesc. contra min. suspenso. §. 24.

§. VI.

Tutor antequam litem incipiat, in consilium vocet iuris peritos, aut perperam gestae sumtus ferat.

Quum ergo tantum sit periculum tutoris, siue processum gerat, siue non, ut utroque casu, tam ex lite non mota vel suscepta, quam ex perperam mota, sumtus ferre teneatur, prudentissima est Ref: nostrae dispositio, P. VII. T. IV. §. IV. *Doch da sie befinden, das die forderung, deren wegen sie klagen oder in recht antworten sollen, oder woellen, wichtig waeren, oder ein nabmbafftes antreffen, sollen sie dieselbe wohl bedenken, auch wo von noethen, bey den rechtsgelehrten raths pflegen, ob ihre pflegkinder, vnd sie an derselben statt, sich in recht, es sey gleich mit klagen oder antworten, mit bestand und grund einlassen moegen.* Eandem et ipsis cautelam commendat STRYK in Tr. de Caut. Contr. S. III. C. 2. §. 15. Tunc enim tutor a sumtibus ex lite infeliciter gesta ei sine dubio iniungendis sese liberabit. Pertinet haec lex tutori de sumtibus ab ipso ferendis scripta non ad lites tantum quas dolose gessit, sed et ad omnes, quas non satis prudenti consilio suscepit: Clara sunt legg. Romanarum verba, l. 6. C. de Adm. tut. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. l. 1. pr. ff. de tut. et rat. diftrah: ubi: tutor enim rationes reddit

reddit, praestando dolum, culpam, et quantam in suis rebus, diligentiam; cui legi iungenda l. 7. C. Arbit. tut. quae non eam, quam in suis rebus tutor adhibet, sed mediam, requirit diligentiam, adeo, ut dubium super esse non queat. Haec ergo quum tam clare disponant leges Romanae, non possum adfentire Menochio, qui Conf. 145. n. 15. sumtus litis ab iis saltim tutoribus ferendos putat, qui scientes calumniosam litem gerunt, non ab iis qui temerarie, stulte et inconsulte agunt. Non enim haec lex dolum tantum, aut culpam latam notat, sed collata cum l. 7. C. arbitrium tutel. in specie leuem praestare iubet, quae sine dubio locum habet, ubi temere et inconsulte tutor egit. Temere autem litem mouere non est causam dubiam defendere, quot enim occurrunt lites, quae vel ob facti momenta vel legum tenebras, vel ob Dd. dissensus, ipsi summo iuri tantas adfundunt nebulas, vt, ni Oedipus fueris, quo inde te explices non habeas. Hinc non in prima tantum instantia, sed et, si operae pretium fuerit, in reliquis, tutor pupilli litem recte, et absque metu refundendarum expensarum, producit, quamuis semper contra ipsum fuerit indicatum, HOFMANN. T. III. Ded. V. n. 13. p. 753. ea tamen cautione vt, si viderit, eam quam induxit appellationem nihil profuturam, eandem deferat, quo quidem poenam desertionis non effugiet, expensas autem, et iam ipsius appellationis, in rationes tutelae referre iure poterit. FABER Cod. Sabaud. L. II. T. 18. Def. 80. Summa vero sua solertia omnes fori casus non euitabit, ubi litem Iureconsulto non adito susceperit. Longius Sec. ius Pru-
tenicum, adhuc progreditur Proiect. Corp. Frid. quod salutari tenicum, consilio Iureconsultis perperam uel mala fide tutoribus consulentibus litis sumtus imponit; et Proiect. *eines*
B *Pupil-*

Pupillen Collegii, quod eisdem sumtus litis sine consensu et decreto Collegii susceptae, vel vicerit vel victus fuerit, tutorem ferre iubet. Quamvis vero hoc secundum statutum nostrum non ita sit receptum, nihilo tamen minus sumtus litis de suo praestare tutor tenetur victo in lite pupillo, si inconsulto litem suseperit, ob verba §. cit. *aus eigenen listen vnd fürwitz: item, muthwillig vnd unnützlich*, de quo tamen infra §. 12. pluribus. Consulere autem tenetur tutor Iuris peritos, qui ex obseruantia fori nostri intelliguntur I. V. Dd. vel Licent. vel Facultates Iuridicae, quorum est, omnibus litis momentis ponderatis, an, et quid referat, pupillum lite implicari? docere: Non ergo ipsum Iudicium, qua tale, consulendum, quod non simul et consilium dare et iudicare potest in eadem causa. Nec tamen rarum est, tutores, vt suis pupillis sibi que eo rectius prospiciant, ipsum Iudicium adiisse, illiusque consilium rogasse; sed deinde decretum: *Auf vnterthaenig geborsamste Anzeige vnd bitte über I. F. K. nachgelassenen Sohns verordnete Vormundere: Es wird Imploranten sich dieserwegen bey den Rechtsgelehrten raths zu erbolen freygestellt.* Decretum in Senatu Scab. d. 22. Ian. 1731. Ita decretum, etsi forsitan non posset tutor culpari, qui Magistratum, summum tutorem, adiit, Ill. Orth. Anm. 3te Forts. p. 245. 301. 316. et vbi processus gerendus, in consilium vocauit. Sed sequitur Decretum Reformationem, quae Ictos in consilium vocari iubet.

§. VII.

Tutores itaque ius pupillorum in iudicio defendere, aut omne ex neglecta defensione ferre debere periculum, in aprico est. Quum vero longe diuersa sint in

in iure pro se, et pro alio, agere, aliud est quod tutor suo nomine agit, aliud uero, quod pro pupillo. Variæ inde fluunt conclusiones, variæque obseruationes, quæ vberiore merentur discussionem. Primum ergo principium hoc ponimus: *Agitur pro alio.* Hinc itaque sequitur, quamuis tutor agat, nullam tamen actionem contra ipsum tutorio nomine in eius proprio foro, si diuersum est, institui posse, sed eius, pro quo agitur, h. e. pupilli forum eligendum esse. Poterat quidem et olim, quum alius pro alio in iudicio comparendi ius nondum haberet, tamen tutor tutelæ nomine pro pupillo in iure adesse, pr. I. de his per quos agere etc. sed hoc tantum procuratorio fiebat nomine, neque vnquam in tutoris foro huiusmodi causa tractari poterat, quia iurisdictio vltra eos, qui sunt de territorio extendi nequit, l. 3. ff. de Officio Praef. Forum ergo pupilli eligendum est ei qui contra illum agit, quod et tucur **BLVM.** in Pr. Cam. Tit. XXVII. §. 36, obseruat simul omnibus aliis causis, quibus forum pupilli fundatur, adeo, vt, etsi forsan priuilegiatum quoddam forum habeat, secundum priuilegium illud sit definiendum. Neque est quod obiciatur, citationem fieri non in pupillum, quod processum redderet nullum, sed in tutorem ipsum, citari autem non possit, nisi qui iudici citanti subest: Verum enim quidem illud est, quia, quum pupillus nihil gerere, et in toto processu sine tutoris auctoritate nunquam comparere potest, neque citatio in pupillum potest dirigi. **VVESEN. P. VII. C. 344. n. 101. p. 1579.** Sed quamuis non negauerim, hanc in tutorem fieri citationem, neque nomen pupilli, nisi pubertati fuerit proximus, esse exprimendum, **ZIEGLER Disc. sel. Th. 28. §. 18.** illa tamen tantum tutore

Forum pupilli eligendum.

torio eum ferit nomine, et sic ad suum forum non pertinet.

§. VIII.

Legitimatio
tutoris.

Porro ex eodem principio fluit, non posse tutorem agere pro pupillo. nisi antea sese legitimauerit, quae legitimatio ex Ord. Proc. Sax. T. VII. pr. statim in primo termino, sub poena §. thal. exhibenda. Fit illa tutorio uel curatorio exhibito, cuius substantialia Vulteius de iudiciis, L. II. C. VII. n. 376. refert, quae eo omnia redeunt, ut doceatur, quis, cui, et an rite, tutor sit constitutus? Haec uero legitimatio an omnibus tutoribus, ita, ut modo diximus, sit necessaria, aut, si lis coram eo iudicio, quod tutorem constituit, ventilatur, num tutorii, vel curatorii productio superhaberi possit? de eo, ut solent, contendunt Doctores. Posterius defendunt GAIL. L. II. Obs. 107. n. 5. et THILL: in annot. ad COPZOV. L. 3. Ref. 14. n. 8. N. Coll. Conf. Tub. Vol. IX. C. XXVII. n. 19. et 22. et CONS. LXIX. n. 14. Ill. ESTOR Gem. vnd Reichs-Pr. §. 1076. LVDOV. Ciuil. Pr. C. XXIX. §. VIII. qui tamen simul recte requirit breuem constitutionis eius adnotationem fuisse factam, qua illa probari possit. Quamuis uero haec communis sit opinio, non tamen est ex angusto earum numero, in quas consentiunt omnes. Contradicit enim ei BOENIGKE Pract. pract. C. VI. p. 28. qui tutorium in forma probante producendum putat, licet tutores ab ipso illo iudicio coram quo lis vertitur fuerint confirmati. Vtut uero sit, hoc certum est, neque in Camera has obseruari subtilitates, BEVM. Pr. Cam. T. LXVII. §. 42. neque secundum praxin patriae eas curari, cum qua et consentit Project des Corp. Frid. P. I. L. III. T. VI. §. 5. verb. *es waere denn*,
dass

dafs er von demselben Richter confirmirt worden, welchen falls er keine production des tutorii braucht. Aliud erit, ^{Testamentarii} si forte tutor testamento datus pro pupillo vellet agere, ^{an solo testam.} tunc enim, an testamento solo producto ^{producto.} sese legitimare possit, an nouo tutorio opus habeat? ^{hat?} quaeritur. Solum quidem testamentum sufficere putat GAIL. l. c. et BERLICH. P. I. C. 16. n. 6. quum ex eo iam satis sufficienterque de legitimitate tutoris constet, quod et Camerali praeiudicio firmant GAIL. et BLVM. Proc. Cam. T. XXVII. §. 41. Sed, quamuis haec opinio veteri iuri Rom. maxime sit consentanea, quo tutores testamento ab iis qui ius dandi habebant dati ex solo testamento iam fiebant veri tutores, et potestatem nanciscebantur: tamen, quum Ord. Polit. de A. 1577. tit. XXXII. confirmationem iudicalem necessario hodie requirat, et si demum iustum iudicet tutorem, ex solo testamento talem fieri dici non potest, quum curatorio vel tutorio, quo confirmationem et constitutionem suam probet ac doceat, opus habeat. LVDOV. Diff. de facto tut. a pupillis non praest. Inprimis cum hac Imp. dispositione nostra conuenit Reformatio P. VII. T. I. §. X. „ Die vormun-
 „ der so in testamenten - sollen sich einiger administration
 „ oder verwalung der vormundschaft nicht unterziehen, sie
 „ haben dann zuorderst bey unsern Schultheiss, und Scheffen
 „ sich angezeigt, und ihnen die vormundschaft vnd deren
 „ verwalung durch richterlich decret zuzulassen vnd zu-
 „ erkennen, erlangt.“ Quum ergo nihil plane admini-
 strare queant hodie tutores, antequam a iudicio constituti
 et confirmati fuerint, quantum res iudiciales, aut
 processus periculi adeo plenos, et in quibus, ne temere
 gerantur, tantum cuius tutori vel curatori prouidendum est,
 gerere poterunt? Praeterea quoque P. VII. T. IV. §. I.

Ref. nostr. cauetur. „ Die verwaltung zuerkant - alsdem
 „ erst , und ebe nicht , gehet ihr ampt und verwaltung an. “
 Quae igitur quum ita sint , nos potius opinioni vvlteri
 in Iurispr. Rom. L. 2. n. 107. p. 617. accedimus , qui
 et in testamentariis tutoribus iudicialis confirmationis
 productionem requirit , simulque hanc supremi iudicii
 HASSIAE praxin esse testatur. Vid. quoque LEYSER. Sp. 330.
 Med. 3. BARDILI Diff. de Auct. Tut. §. 12. Immo et
 in contradictorio iudicio apud nos hanc opinionem
 fundatam nouimus , ita enim iudicatum in iudicio reui-
 forio d. 17. Oct. 1759. in sachen iudischer vormunder
 der B. S. contr. M. I. B. „ das die S. vormunder nummebro
 „ die ibnen bey loebl. Consistorio rechtskraefftig beschebene
 „ auflage , sich mittelst curatorii annoch gebüßrend zu le-
 „ gitimiren , in zeit von 14. Tagen , bey 20. th. straf , zu
 „ verfolgen schuldig. etc. cumque attestatum esset , tutores
 non solum in testamento patris constitutos esse , sed
 etiam , das ibnen darüber würrklich ein Saar - Brief waere
 ausgefertigt worden , hoc non sufficebat , sed d. 18. Jul.
 1760. denuo decretum : „ Dals das von den S. vormündern
 „ sub. sign. h. f. 40. aft. producirte Attestat. des Iudischen
 „ Beglaubten Israel Mich. Schwarzschild zu ihrer behoerigen
 „ voelligen legitimation nicht hinreichig , vielmehr dieselben
 „ in solchem Attestat angezogenen staar - brief , oder curator-
 „ ium , in forma probante , und mit einer glaubbaften
 „ teutschen vbersetzung , innerhalb 14. tagen , bey der ruk-
 „ werts allschon comminirten Poen von 20. Rth. annoch ad
 „ Acta zu bringen schuldig seyn. “ Iudaei enim tutores suos
 ipsi per tribunos eorum (Baumeister vocatos) constituunt.
 Praeterea et illud a nonnullis requiritur , ut praeter
 confirmationem inuentarii quoque confectionem legitime
 curet tutor , sec. l. 4. C. in quibus causis rest. in integ.
 quod

An inuentarii
 confectio nec-
 cessaria?

quod tamen in praxi non obtinere adfirmat BERLICH. P. I. Conf. 16. n. 3. seq. neque absque rarione, vti, mihi quidem videtur, nam inuentarium non tam ad ipsam constitutionem pertinet, aut, vt confirmatio, eam conficit, sed potius est basis totius administrationis. V. SCHROEERI Inst. tut. et curat. P. II. q. 45. n. 17. Nostra tamen Ref. aliud disponit P. VII. T. IV. §. 1. *ein ordentlich Inuentarium haben aufgericht - alsden erst, und nict ebe etc.* quam sine dubio sequendam arbitror. Praeter ^{Mandato tu-} autem hanc legitimationem ^{tor opus non} mandatum a pupillo vel ^{habet.} curando non producit tutor aut curator; quamuis enim alias absque illo tertius in iudicio pro litigante parte non admittatur, aliud tamen dicendum de eo, qui vi officii agit, aut ex potestate quadam, prouti tutor. Vid. MARTINI in Comment. ad Ord. Pr. Sax. T. VIII. §. I n. 26.

§. IX.

Haec vero tutorii productio non tunc solum, si ^{Astor.} tutor ipse pro pupillo, sed et, si per alium, in iudicio agere velit, necessaria est. Comparet autem tutor per mandatarium, qui *astor* vocatur, tralatitium enim est, illos mandatarios, qui ab administratoribus rerum alienarum constituuntur, actores dici, non procuratores. LEYSER, V. IX. p. 17. Liberum hoc est omnibus administratoribus, in primis uero expresse conceditur tutoribus et curatoribus in l. 11. C. de procurat. et §. vlt. I. de curat. Diuersae unius huius eiusdemque officii denominationis ratio in eo latet, quod olim procurator non nisi a domino litis constitui poterat, l. 1. ff. de procurat. quum tamen et ii qui litis domini non erant in iure adesse ipsi semper non possent, idem et illis alio sub nomine concessum est. Quodfi ergo

ergo pupillus vel minor auctoritate vel consensu tutoris aut curatoris mandatarium iudicalem, aut tutor vel curator post L. C. solus, constituebat, tanquam a domino litis constitutus fiebat procurator. l. 11. C. cit., alias tantum actor dicebatur. Hi igitur actores quum omne suum ius a tutoribus habeant, non possunt non, primo, actorio suam, dein tutorio constituentis, legitimare personam, quum alias iudicium ob falsum actorem fieret nullum. BERL. P. I. C. XVI. n. 11. BOENIGKE Pract. pract. C. VI. p. 28. BLVM. Pr. Cam. T. LXVII. n. 49. idque adeo religiose obseruant iudicia, vt, si a pluribus fuerit datus, omnium qui constituerunt tutoria producere debeat, CARPZ. Ref. Iur. El. L. III. T. I. Ref. 12. n. 16. Et quidem olim huiusmodi actor constituebatur decreto iudicis; §. vlt. I. de Curat. id quod hodie in Camera adhuc seruari testatur MYNSINGER. L. 2. Obs. 38. Immo et antiqua nostra Reformatione bl. 34. §. 5. illud sancitum fuit: Sed, quum nostris in foris stricto iuri Rom. non adeo inhaereamus, cum VVESENH. Conf. XXXV. n. 13. seq. et BERL. P. I. C. XVI. illam constitutionem necessariam non putamus, praecipue, quum noua Ref. nostra eius nullam faciat mentionem. Vid. III. Orth. Anmerk. III. Fortsetz. p. 298. Caeterum hoc actorium multis modis cum mandato procuratorum conuenit. Recenset eius partes BERL. l. c. n. 14, inter quas praecipue pertinet subscriptio, quae nequaquam omittenda est: Putat quidem CARPZOV. c. l. I. III. T. I. Ref. 14. n. 19. fieri illam vel a solo curatore, vel ab hoc et minore simul; nihil enim interesse, an solus curator, an cum eo minor, subscripserit, quia hodie omnis inter auctoritatem et consensum curatorum et tutorum cessat differentia: Sed, quamuis ego haec concesserim, ab actorio tamen minoris

An minor subscribat actorio?

minoris subscriptionem plane abesse potius vellem, quum alias utpote a domino litis constitutus, non actor fieret, sed procurator. Non minus autem, quam actorium cum procuratorio, actoris etiam officium cum officio procuratoris conuenit, quum hodie veterum de dominio litis, magno iurisprudentiae commoda, fere omnes expirauerint conclusiones. BOEHMER, diff. de dom. litis. C. vlt. Hoc actorium durat quoque, expirante tutorio, quod, licet tutoris officium expiret, eius tamen mandatum suo effectu non destituatur. BERLICH. P. II. D. 278. LEYSER. sp. 335. Med. I. Quum enim alias morte mandantis procuratoris officium, nisi clausula heredum addita, R. I. de a. 1654. §. 99. aut iam definitiue in causa conclusum, sit, cesset, Rec. Dep. Spir. de a. 1600. §. Nachdem auch etc. STRYK. V. M. de Proc. n. 41. BOEHMER, cit. Diff. de Dom. litis, eadem quoque ratione actoris munus, quod a procuratorio parum abhorre diximus, cum iure constituentis, id est tutoris, cessare deberet: Sed aliud est, si quis ab ipso domino, aliud, si ab administratore tantum, procurator constituitur; huius enim ius ex persona eius, cuius bona administrantur, aestimandum. LEYSER. c. 1. Tandem neque haec praetermittenda cautela a tutoribus curatoribusque obseruanda, vt nimirum formulas mandatis procuratorum alias inferi solitas. Für uns und unsere erben, item, bey verpfändung unserer haab und vermoegens, in actoris non adhibeant, quia sic proprio, non tutorio nomine, egisse, suaque bona obligasse, videntur. BERL. P. I. Concl. 16. n. 15. De LVDOLFF symph. Consult. et Decif. For. T. III. D. 19. p. 546. Et ita quidem communiter: Quum tamen ex verbis: *in verordneter vormundschaft*, vel aliis quibuscunque eiusmodi formulis, quibus tutoris officium designatur

C

signatur, facile pateat, tutores, non suis, sed pupillo-
rum, quorum in solam utilitatem lis agitur, bonis curandis
hocce mandare voluisse onus, neque tutorem, nec quem-
libet alium, qui ex concredito officio agit, sese obligare
velle praesumi. BRUNNEMANN; ad L. 43. ff. de adm.
et peric. tut. magis adsentior opinioni Scabinorum Lips.
ap. BERL. P. I. Dec. 15. per tot. pro tutore sentientium.

§. X.

Tutor nomine
pupilli non
inis sed pu-
pilli bonis
cauet actori.

An Decreto
opus?

Novae huic opinioni adhuc adfunditur lux, si ex
eo, quod tutor alieno nomine agat, porro demonstra-
verimus, eum neque ad cautionem ex suis bonis prae-
standam actori obligari: Licet enim hoc sit officii tu-
toris, ut pupillum in foro defendat, non tamen illi,
eius ex tota lite nulla est utilitas, eiusmodi onus,
quod tantum sequitur praeiudicium, imponi poterit:
Quod si ergo cautio a tutore vel curatore in iure prae-
standa foret actori, pupilli vel minoris bona nexui cau-
tionis subiiciuntur. Sed quanta sanctitate bona pupilli,
praesertim immobilia, aut pretiosiora, sint munita,
adeo, ut nec vendi, nec oppignorari, nec vlllo modo
alienari absque decreto queant, nemo nescit. Non
itaque abs re erit anticipando hic quaerere: an curator
vel tutor huiusmodi cautionem pignoratitiam in bonis
pupilli v. minoris sine magistratus decreto queat con-
stituere actori? Facilis est quaestionis huius decisio, re-
quiritur enim, vt talis alienatio quam leges prohibent,
vel oppignoratio, sit voluntaria, i. e. non fiat iure co-
gente: Iam vero cautiones quae fiunt in iudicio sunt
necessariae. Accedit adhuc clarissima dispositio L. 28. §. 3.
C. de administ. tutorum. Quum ergo tutoris officium
non sit suas obligare res alteri pro pupillo, neque eius
consen-

consensus ad hanc obligationem ex solis illis in praec. §. allegatis verbis pateat, nisi clarius mentem suam declarauerit; eius bona obligata esse, regulariter, non puto: Hoc vero si expresse factum fuerit, et iure vniuersali, et L. 9. C. de Praed. et aliis rebus minorum etc. ex suo promisso damnabitur. Interim aliae quam quae regulariter a lege imponuntur cautiones ab eo non sunt exigendae, veluti, vt caueat, pupillum restitutione in integrum non esse vsurum, quum enim huic pupilli fauori, nisi magistratus accedat auctoritas, renunciare nequeat, quomodo iis pupillum non vsurum, id quod idem est, cauere possit? PRVK. Vol. I. C. 6. n. 68. et 83.

§. XI.

Agit tutor non suo sed alieno nomine: Hinc nec eorum quae ipse debet, vel quae ipsi debentur, in pupilli causa compensatio fieri potest. Fluit hoc ex ipsa definitione compensationis vulgari, quae est, debiti et crediti mutui inter se in vim solutionis facta contributio, siue potius, rei mutuo, et in genere, pure utrinque ac liquido debitae, facta contributio. Quum ergo debitum in omni compensatione mutuuum requiratur, aut fallor, aut ex persona tertii contributio fieri nequit. Equidem fieri potest interdum compensatio debiti cuiusdam tertii, sed huius tunc connexa requiritur obligatio, vt, si heres ex persona defuncti compenset, socius ex persona socii, fideiussor ex persona debitoris, etc. quorum omnium conditio ea est, vt vel primario, vel in euentu, ipsi sint debitores. Aliud vero est in tutore, qui vt simplex administrator, pupilli loco, nisi nouum eius et singulare accedat factum, nequaquam proprio nomine conueniri potest. Dissentit quidem SCHAVMBVRC

Tutor ex sua persona neque compensat

illi debet

in Comp. Pandect. §. 4. tit. de compens. sed absque ratione, tutor enim, quamvis soluere queat pro pupillo, non tamen ideo suo nomine potest compensare, quum haec inter se maxime adhuc differant. Pro debitore scilicet quilibet soluere potest, quum creditor ultra solutionem nihil petere queat; sed compensare, (quod ipso iure fieri dicitur) mutuum, nisi adsit debitum, nemo potest; imo, et si soluere debeat tutor, tamen non soluit ex suis, sed ex pupilli bonis, prout haec omnia late explicat COCCI in Iure controv. L. XVI. T. 2. q. 4. et, qui cum eo facit, BERGER. O. I. p. m. 694. vbi praecid.

Neque alia ratione diiudicanda est quaestio: num tutor ex sua persona pro pupillo reconuenire vel reconueniri possit? Quum enim et reconuentio mutuum obligationem supponat, nec tutori ex sua persona, si pro pupillo agit, opponi, nec ab illo alteri, qui contra pupillum agit, obiici poterit. Ex pupilli vero persona, si iusta sit causa, omnesque quae tutori obseruandae sunt, obseruatae fuerint cautelae, absque dubio instituti poterit reconuentio, ut et compensatio. BRVKNER. Diss. de Reconuent. C. V. §. 19.

Neque reconuenire potest aut reconueniri.

§. XII.

Suntus sitis tutor regulariter non fert.

Nulla tutori ex lite pro pupillo gerenda obuenit utilitas, nullumque lucrum; facile ergo est ad intelligendum, suntus in illam impendendos ab ipso ferendos non esse. L. 1. §. 9. ff. de tut. et rat. distrahend. Tutores enim et curatores, et quilibet alii officiales, si ratione officii vel agunt, vel conueniuntur, impensas ex patrimonio eorum, quorum commodis seruiunt, desumunt, quia nemini officium suum debet esse damnosum, et tutela inprimis, aequae ac cura, gratis regulariter

partes suscipi debet et administrari. LUDOV. doctr. ff. §. 1. de contr. tut. et ut. act. ibique all. LEYSER sp. 87. M. 9. Supra vero iam ex Ref. nostra P. VII. T. 4. §. 4. cui et adfentit L. 78. §. 2. ff. de legat. 2. et LEYSER c. 1. probauimus, ipsos tutores, licet alieno nomine agant, tamen ad ferendas lites impensas compelli, si temerarie litem mouerint, aut susceperint inconsulte; Reipublicae enim interest, ut lites ingenere, et in primis minorum, quantum fieri potest praescindantur. Dignum itaque et aptum hocce visum est remedium, quod et forum in viridi adhuc seruat obseruantia; ita enim Iudicium Reuiforium Francos. in ea, quam supra memorauimus causa iudicauit d. 18. Iul. 1760. „ *Dafs S. Curatores die dem*
 „ *B. adiudicirte expensas retardatae litis mit 31. Tbl. 76 Kr.*
 „ *binnen 14tägiger frift, sub poena exsequutionis, so zu-*
 „ *gleich dem iungern Herrn Burgemeister euentualiter auf-*
 „ *zutragen, aus ibrem eigenen vermoegen zu entrichten*
 „ *schuldig.*“

§. XIII.

Cum sumtus litis tutor regulariter ferre non tene- ^{Nec patitur} atur, multo adhuc minus in suis bonis ex pupilli causa ^{exsecutionem.} patitur exsecutionem: l. 2. ff. de adm. et peric. tut. BRUNNEM. in Pr. ciu. C. 29. n. 15. et 16. MEV. P. I. D. 195. n. 1. Neque enim alio quam tutorio condemnatur nomine, HOFM. Conf. T. III. Ded. 2. n. 46. p. 681. neque ex sententia contra illum lata actione iudicati pulsari potest. MEV. P. I. D. 226. n. 3. et P. II D. 219. n. 3. 4. 5. Sunt tamen nonnullae causae, in quibus exsecutio in bona tutoris fieri solet, quarum MEVIVS Dec. 122. P. IV. vnam refert, si scil. tutor arrestum pupilli bonis impositum violauerit, tunc enim, quum

creditori obiectum executionis abstulerit, merito de
 suis ius creditoribus integrum restituere, vel bona arresto
 subtracta isti iterum subiicere, tenetur. Sed quum haec
 obligatio tutori ideo tantum imponatur, quia ius tertio
 quaesitum violauit, patet, creditori fortius ius contra
 tutorem non esse, quam ad id, quod illius interest.
 Hinc, si forte arrestum non in totam litem, sed in par-
 tem tantum eius, impositum fuerit, in partem quoque
 solummodo haec iudicati actio tutorem ferit. Neque
 interest, quod tutor forte bona arresto constricta in
 rem pupilli verterit, quoniam hoc illi tantum ius tribuit
 contra pupillum, a quo quantum iudicatum fuit repetit.
 At haec neque sola neque vnica est causa, ob quam in
 tutoris bona executio fieri potest; plures adhuc locum
 inueniunt, quas ordine ex *LVDOLFFI* symph. Consultat. et
 Dec. referemus. Recenset ille T. III. p. 537. et 538. se-
 quentes causas: 1.) si tutor liti se obtulit l. 2. ff. de
 adm. et peric. tut. quam quidem legem *BRUNN.* Comment.
 ad ff. h. l. de sumtibus tantum in litem factis intelligit;
 sed quum hi in calumniosa lite, vel dolo vel culpa tu-
 toris gesta, siue sese obtulerit, siue non, a tutore feren-
 di sint, l. 6. C. de adm. tut. aliud mihi lex cit. innuere vi-
 detur, nempe, quod tunc, ubi solus tutor in iudicio com-
 paruerit, et ad interrogationes in iure factas, nulla pupilli
 mentione facta, suo nomine responderit, liti sese obtulisse
 videatur, et iudicati actionem pati cogatur. 2.) Si effece-
 rit, vt obiectum executionis deficeret. Arg. l. 43 §. 1. ff. de
 adm. et peric. tut. Cum hoc coincidit 3.) si in causa fuit,
 vt pecunia arrestata nexu tolleretur. Hae duae causae
 connexae sunt, et altera alteram continet. Supra h. §.
 de his mentio iam facta est. Neque uero sola est haec
 tutorum obligatio, sed in genere omnium, qui arrestum
 viola-

violauerunt. MEV. de arrest. C. XXII. n. 20. et Dec. XCIX. P. VI. 4.) Si pupilli inopiam sciens lite inani- creditores vexauerit, et expensarum fuerit causa temeraria. L. 6. C. de adm. tut. Haec quidem lex alium primo verborum intuitu decidit casum, scilicet eum, vbi tutor ipse calumniose egit; sed eodem res redire videtur, siue actor siue reus tutor sciens in causa expensarum inanium fuerit. Ex hac vero causa executio tantum fieri debet ratione sumptuum, quod et aequitas vult, et BRUNNEMANN. ad l. 9. §. 6. de adm. et peric. tut. probat. 5.) Si bona pupilli, in quae fieri posset executio, demonstrare recuset tutor. MEV. P. VI. d. 410. Conuenit haec causa cum 2da, si enim bona non vult edere, tunc sane obiectum executionis tollere videtur. Fit vero haec editio exhibitio inuentario. MEV. c. l. 6.) Si bona nomina pupilli debito tempore exigere neglexerit. L. 2. C. arbit. tut. MEV. P. VII. Dec. 198. et P. VIII. d. 78. Hoc quidem nomine pupillo semper tenetur. Ref. Francof. P. VII. T. V. §. 2. extraneo autem pupilli creditori non, nisi simul ob hanc negligentiam pupillus desinat esse soluendo. Hinc casum etiam huc refero, si culpam in credendo commiserit tutor. 7.) Si in adeunda hereditate consulte satis non egerit. l. 4. C. arbit. tut. Haec lex quomodo ad hanc proprie applicari possit causam non satis quidem perspicimus. Quaestionem potius tractat: vtrum ex eo, quod hereditate absentus pupillus laesusque, contra tutores agens, cum iis transegerit, hereditati sese immiscuisse, aut actionibus hereditariis locum dedisse, videatur? Ita sonant verba legis, et autoritas accedit GOTHORREDI ad h. l. Rectius forte huc applicanda l. 18. ff. de tut. et rat. distrahendis, ibique GOTHORF. 8.) Si, cum sciverit, aut scire potuerit, con-
tutorem

tutorem bonis lapsurum, mature non prospexit. MEV. P. VII. d. 179. Hoc tamen iterum de eo casu intelligendum, quando contra pupillum agens inde laeditur, de actione enim tutelae hic sermo non est. Nos hanc causam eo quoque extendendam putamus, si forte suspectum non postulauerit, et inde creditoribus damnum datum fuerit. Vid. P. VII. T. V. §. 6. Ref. nostr. 9.) Si quidquam circa administrationem neglexerit, ut proinde malae fidei fiat reus. MEV. P. VIII. d. 16. De his omnibus enim quum pupillo teneatur tutor ex Ref. nostr. Tit. V. non potest non etiam creditoribus pupilli esse obnoxius, quum hi de iis, quae pupilli bonis a tutore detracta sunt, contra tutorem quoque agendi ius habeant, l. 18. ff. de tut et rat. 10.) Si pro pupillo cauendo se obligauit l. 2. ff. de adm. tut. Hae itaque sunt causae, quas refert LVDOLF. quibus vero adhuc aliae addi possent, ex gr. si dolose egerit tutor, dolus enim tutori ipsi, non pupillo, nocet l. 4. ff. quando ex facto etc. vel, si plus in inuentario quam in facultatibus sit, hae uero ad satisfactionem creditorum non sufficiant, l. 13. C. Arb. tut. Item, si debitum non in utilitatem pupilli uerterit, neque in rationes rulerit tutor. COLER. Pr. Exec. p. 2. C. 3. n. 256. CARPZ. P. I. C. 32. def. 14. Denique, si factum tutoris obligatorium concurrat, cuilibet quid obtineat patet. De hisce causis generatim consule Hofm. Conf. T. I. L. 2. C. 19. n. 92. seqq. Plane singularis est praxis fori mercatorii Lips. quae quidem tutorem agentem admittit, sed, si cambialibus literis, quamvis in causa pupilli, se subscripserit, totum ex subscriptione diiudicans negotium nullam officii exceptionem admittit, sed ipsum tutorem comparere, recognoscere, et satisfacere, aut cambialem executionem sua in persona pati, iubet. LEIPZ. Handels.

Handels. Ger. Ordn. ROESN. de libris mercat. C. II. n. 48.
 id quod in fauorem mercaturae plane singularem, et ne
 anfractibus atque ambiguitatibus Iuris ciuilibus illa impedi-
 atur, ita statutum esse, facile quilibet perspicio. Nostri
 tamen hoc non tangit forum, quum tutor, nisi hypothe-
 cam uel pignus acceperit, pecuniam locare non possit. Ill.
 ORTH. III. Fortf. der Anm. p. 309.

§. XIV.

Cum vero in tutoris bona exsecutio fieri neque-
 at, nisi praedictarum causarum aliqua adsit, facile
 patet, arrestum quoque in facultatibus eius tertium
 impetrare non posse; Arrestum enim species exsecu-
 tionis est, MEV. Tract. de arrest. C. III. n. 12. Sunt tamen
 multae exceptiones, quas refert MEV. cit. tr. de arrestis C.
 VIII. n. 24. - 36. ad quem breuitatis studio me refero,
 quum omnes eo potissimum redeant, quod nouo facto
 suo ipse obligetur tutor, utpote si subscripserit, fide-
 iusserit, si debita ab eo non in utilitatem pupilli uersa
 sint. etc.

§. XV.

Anceps quoque est quaestio ab hoc loco nequa-
 quam aliena: an, et in quantum, pro pupillo tutor iurare
 possit, aut debeat? Separanda hic sunt ante omnia tuto-
 rum et procuratorum officia. Hos in animam mandan-
 tis, ubi speciali instructi fuerint mandato, aliquando vali-
 de iurare posse notum est: Longe aliud est in tutoribus,
 horum enim iuramentum non in animam pupilli, qui
 sese iuramento obligare nequit, sed in propriam fit.
 Ratio, ex qua hoc iuramentum in aliena causa tutori in-
 iungitur, haec potissimum est, quod pupillus propter aeta-
 tem

D

tem

tem iurare nequeat, et, quod tutor ipso pupillo meliorem gestorum notitiam habeat. Est sane hoc rationi convenientissimum, ut, qui rebus gerendis ob iudicii defectum nondum est aptus, nec ad iuramentum admitatur. Sed de termino quem LL. huic iurandi inhabilitati praefigunt, iuris Germanici tanta est controuersia, ut limites nobis praescriptos longe excederemus, si omnium, vel tantum plurium, statutorum de legitima iurantis aetate disponentium mentionem facere vellemus. Otium nobis hac in re fecit Cel. Dnus. WALCH, iam inter Ienenenses Prof. in Diff. de legitima iurantis aetate, ad quam prouocamus, illud tantum obseruantes, Ref. nostram legitimam iurantis aetatem non determinare, §. enim II. T. XXXIII. P. I. quem laudatus Dn. WALCHIVS adducit, non de iurandi, sed de testimonii dicendi habilitate loquitur, quae inter se admodum differunt, nam causam, cur a testimonio dicendo arceantur impuberes, non eam esse, quod iurare nequeant, sed potius illam, quod ob defectum iudicii veritatem dicere non possint, cum Ill. Dn. ORTH. Anmerkungen P. I. ad h. l. statuimus. Posset quidem inuersa ratione inde concludi, maiores XIV. annis posse iurare, quia testes esse possunt, sed inde non fluit, XIV. annum praecise esse terminum, quia et angustior esse posset, aut, quod nos putamus, quia nullus est Ref. nostra statutus. Haec quum ita sint, iuri communi standum esse videtur: Iuxta hoc vero non coguntur iurare infantes, nec infantiae proximi, STRYK. de Caut. Iur. P. II. S. I. C. III. §. 5. - 8. neque pubertati proximi, l. 4. ff. de in litem iur. quamuis enim aliud statuatur STRYK. c. l. tamen eius opinio legibus adeo consentanea non videtur, quod enim ex C. I. X. de delictis puerorum, petit argumentum, huc trahendum vix erit, quum ad malacitius

citius quam ad bona sese adplicet natura nostra. Vbi
 tamen pupillo iuramentum delatum fuerit, et ipse iurare
 velit, hicce terminus ita non attenditur. l. 26. ff. de Iuram.
 Parum tamen sibi prospicit, qui impuberi iuramentum
 defert, vt solide demonstraui STRYK. c. l. n. 17. - 20.
 non enim nisi volens iurat; iuramentum non nisi aucto-
 ritate tutoris accipit; enormiter laesus, vbi maior factus
 fuerit, in integrum restituitur, et continuo aduersarium ti-
 moriam pro se decisam litem perdendi exponit. Quod si
 vero aliis deficientibus probationibus iuramento sit
 opus, neque deferens voluerit pupillum iurare, anne tum
 isti expectandum, donec is maior factus, et iuramento se-
 curior reddatur deferens, aut tutori pro pupillo iurandi im-
 ponenda prouincia? Hanc si rite discutere volumus quae-
 stionem, separandum est iuramentum decisorium veritatis
 (de decisoriis enim hic tantum loquimur) ab eo, quod
 de credulitate praestatur. Hoc tutor iurare omnino
 debet, quum ad aliud non dirigatur, quam vt adfirmet, se
 nec aliter scire quam quod in actis pro pupillo dixerit, nec
 credere. MEV. Dec. CCCLXXXV. P. VII. et P. V. Dec.
 CCCCIX. Ita etiam Cod. Frid. ipsa aequitate suadente T.
 XXX. §. 6. disponitur. Illud vero, veritatis nempe, si iuran-
 dum fuerit, tunc vel ipse tutor negotium de quo iuramen-
 tum defertur, nomine pupilli peregit, et tunc, cum eius
 meliorem ipso pupillo notitiam habere debeat, iurare
 cogitur, licet pupillus ea sit aetate, vt ipse iurare
 queat: LEYSER Sp. 136. Med. §. Sp. 333. Cor. I. Si vero
 tutor negotium illud non ipse gessit, nolens non obli-
 gatur, admittitur tamen volens. STRYK. Caut. Iur. P. II.
 §. I. C. II. n. 21. At velle nequit, nisi et iuramentum
 ita sit comparatum, vt rei penes tutorem aliqua sit scien-
 tia,

tia, aut saltem talis conditio, de qua ipse per conscientiam suam iurare potest. MEV. D. 386. n. 2.

§. XVI.

1) Iur. Calum.

Haec quae de iuramento decisorio obseruanda diximus, eadem et in aliis iuramentis obtinent. Sic tutor cogitur iurare 1.) Iuramentum calumniae l. 2. §. 2. et auth. principales §. vlt. C. de iureiurando propter calumniam, idque vel inuito aduersario, si de re tutori rectius cognita, aut proprio eius facto, sermo sit: Et in eo praecipue WERNHERI sententiae, quam Vol. IV. P. VI. O. 431. tuetur, accedimus, vterque enim textus alleg. de proprio facto, cuius maiorem notitiam habet, loquitur. Vbi ergo tale factum cessauerit, tutorque non habuerit negotii de quo quaeritur cognitionem, non illi, sed minori, defertur iuramentum, secundum superius dicta, non decisorium modo, sed et hoc calumniae. AYRER Diss. de necessitate officii a iuramento calumniae non liberante §. 19. Sic, cum in supra memorata causa, impraegnator curatori impraegnatae minori iuramentum calumniae deferret, hicque sese excusaret, quod factum stupri et impraegnationis ipsi curandae magis notum esse debeat, in iudicio Reuisorio Frfr. de 17. Oct. 1759. iudicatum: *Dass die vormundere, bewandten umständen nach, mit dem Iuramento calumniae billig zu verschonen, die Curanda aber dasselbe in termino praefixo in selbst eigener person, in der Iudenschule, auf gewöhnliche art und weise abzuschwoebren verbunden.* De speciali vero iuramento calumniae super proprio facto omnino praestando excusare sese tutor nullatenus potest. STRYK. Caut. Iur. P. II. S. 4. C. III. n. 25. Porro 2.) cogitur tutor ad praestandum iuramentum relatum, STRYK c. l.

2) Iur relat.

STRYK. Caut. Iur. P. II. S. 4. C. III. n. 25. Porro 2.) cogitur tutor ad praestandum iuramentum relatum, STRYK c. l.

c. l. n. 26. ideo, quia deferens in sua persona improbare nequit id quod in alia iustum credidit, et fieri voluit. Iurat autem tutor non semper de veritate, sed etiam, pro re nata, de credulitate.

§. XVII.

Minori dubio obnoxia est quaestio: 3.) An de expensis iurare queat tutor? Has scilicet suis ex rationibus satis cognititas habet, quum ipse ille sit qui liti praesuit; quominus itaque iurare debeat nihil obstat. Accedit, quod iuramentum hocce sit iudiciale necessarium, quod declinari nequit, supra enim de voluntario tantum sermo erat. Iudex nimirum alii iusiurandum iniungere non potest, quam ei qui iurare potest. STRYK. l. c. n. 27. MEV. P. VII, D. 385. n. 5. BERLICH. P. II. D. 164. n. 7. Pertinet huc 4.) ex iisdem fere regulis iuramentum editionis documentorum praestandum, quod, cum ipse inventarium confecerit tutor, merito iurat, et purgatorium quidem, de eo, quod scilicet tale instrumentum in bonis pupilli nec existat, nec vnquam extiterit. MEV. c. l. BERL. c. l. n. 6. 7. 14. 5.) Iuramentum diffessionis a tutore quoque detrectari nequit, siue veritatis, siue credulitatis, adeo, vt denegata a tutore recognitione, vel iurata diffessione, documenta pro recognitis habeantur. LYNKER D. 25. Denique 6.) huc referunt iuramentum respondendorum a tutore pro pupillo, a minore vero praesente curatore, praestandum. BRVNEM. Proc. Ciu. C. XVII. n. 18. Modo vero articulandi apud nos abrogato etiam haec iuramenta dandorum ac respondendorum cessant. Frfr. Gerichtsfordn. de A. 1676. §. 7. Porro 7.) de iuramento paupertatis dubium non superest, a tutore illud praestandum esse, quippe

3) De expensis.

4) Editionis.

5) Diffessionis.

6) Respondendorum.

7) Paupertatis.

quippe quia optimam facultatum pupilli habet notitiam. Et sic in Scabinatu Frft. iudicatum accepimus d. 13. Ian. 1762. *Auf höchstgenoehtigtes memoriale etc. A. Wittib und resp. I. H. A. hinterbliebener Kinder 1ter und 2ter Ehe vormunder und theilungsbeystands, ist decretirt: Werden die Imploranten den gewöhnlichen armutseyd zuvorderst bey der aeltern burgermeisterlichen audiens abschwöbren: so soll man hernach etc.* Postremo 8.) de iuramento in litem quaeri potest. Hoc quum factum tutoris non concernat, ad illud cogi non posse videtur tutor, inprimis quum aestimatio a variis dependeat causis non nisi proprietario notis, maxime si sit adfectionis. Arbitrio ergo tutoris relinquitur, velitne illud accipere nec ne? l. 4. ff. de in litem iurando. Quodsi tamen velit iurare, non negligat cautelas a STRYKIO de Caut. Iur. P. II. S. I. C. IV. n. 381. seq. suppeditatas, nec iuret, nisi re plane explorata, neque pupilli, sed quasi suo nomine aestimet. Caeterum ex haftenus dictis patet, superius adlegatas distinctiones, vtrum de credulitate, an de veritate, iuramentum sit praestandum, item, vtrum de facto tutoris proprio, an alieno, sit iurandum, modo accurate adplicentur, rem totam conficere, omniaque inde diiudicari posse. Rem omnem optime explicat MEVIUS ad Ius Lub. P. I. T. VII. A. III. addit. quem euoluisse non poenitebit.

§. XVIII.

An deferre
aut referre,
aut iurare
pupillus
possit?

Iuramentum vero vti non praestare pupillus, ita nec deferre aut referre poterit, quum omnes regulariter actus ab illo in iudicio suscepti, quibus auctoritas tutoris non accessit, sint nulli. Si vero detulerit, et is cui delatio facta est ad se liberandum iurauerit,
tunc

tunc quidem Dd. ad exceptionem replicatione elidendam illud arbitrantur valere, quod tamen idem videtur, ac si dicerent, non valere, MEV. ad I. Lub. c. l. n. 3. Si ipse pupillus ab alio delatum iurauerit, valebit contra deferentem, prout de omnibus fere a pupillo in iudicio susceptis actibus obtinere infra observabimus. l. 26. ff. de Iureiur. Aliud tamen statuit nostra Reformatio P. VII. T. IX. §. 1. *Iedoch wenn sie für gericht, es sey mit klagen oder antworten zu handeln haben, so müssen sie einem Curatorem zu solcher Rechtfertigung (nichtigkeit des Processus zu verhüten) bitten.* Ne vero quod in fauorem pupilli constitutum, in eius odium detorqueatur, plurimi Dd. communem hanc esse statuunt praxin. De minore si iurauerit, nullum superest dubium quin obligetur, per iuramentum enim fit maior. Auth. Sacrament. puberum C. si adu. vendit. Pupillus autem vbi iuramentum delatum noluerit iurare, vel tutor iurat de credulitate, vel iuramentum ad pubertatis annos praestandum differtur. *Quaestio* ^{Ep. pluribus tu-} hoc loco non aliena esse videtur: quisnam ^{toribus quis} pluribus ^{iuret?} iuramentum admittendus sit? Et dicendum, aut deferenti competere electionem, quum eius versetur praeiudicium, aut illum tutorem admittendum esse, qui rei de qua iuratur maiorem praecae- teris habet notitiam. Arbitrio quoque tutoris nunquam permittitur, vt per procuratorem iuret; sed tunc notandum, hunc non in pupilli, sed in tutoris, iurare animam. KOENIG. de Iuram. appell. §. 74. cuius rei ratio vel me non monente cuilibet ex ipsa natura negotii patere potest. Quod si vero ipse tutor iuramentum velit deferre, aut delatum referre, in re tam plena ^{An tutor re-} periculi omnem omnino adhibeat diligentiam, ^{ferre vel de-} ne ^{ferre possit?} ^{cile}

cile hoc modo aduersarium in propria causa testem admittat, sicque pupillo vel minori, adeoque etiam sibi ipsi quoad rationum redditionem, praeiudicet. Non ergo deferat, nisi post sollicitam peractam inquisitionem: annon alia suppetat probandi ratio et securior? Talem vero si non inuenerit, STRYKIO consulente, Caut. Iur. P. II. S. I. C. 2. n. 15. magistratum loci, aut tutelare adeat iudicium, causaque huic satis exposita, ab eo decerni petat, an iuramentum vel de - vel referre possit? Hac demum ratione sibi optime consulat tutor; legibus enim permittentibus sine hisce ambagibus deferre quidem poterit, l. 35. pr. ff. de Iureiur. sed prouidi tutoris prudentia requirit quaeuis prius tentare et cognoscere, quam ad periculosum dubiumque temere provolare remedium. Iuramenti vero iam delati, nouis forte emergentibus probationibus, reuocatio, nisi omne ex praestito iuramento damnum ferre debeat, tutoris arbitrio non relinquitur, sed plane necessaria est. HARPPRECHT. Diff. de reuoc. iuram. delati §. 20. n. 84. et 85.

§. XIX.

An appellare
possit tutor?

Supra iam §. VI. diximus, tutoris obligationem non ad primam tantum, sed et ad alias omnes extendi instantias. Hac de re dubium non relinquit Ref. nostra, quae tot legibus tutori omnem pupilli defensionem iniungit: Sed quaenam potior defensionis pars esse poterit ea, qua a iudice grauatus inferiore ad superiorem appellando grauamini quaerere studet medelam? Admittitur ergo in iudicio tutor, non appellationem solum inducendo, sed et omnia alia legitima remedia, vel contra sententiam inferioris, vel superioris iudicis, interponendo, neque, quum ex officio sic agat, specialiterum

terum indiget mandato, quamvis alius appellationem introducens sine eo, aut absque ratihabitione, intra decidium a tempore interpositae appellationis producenda, non audiatur in Camera imperiali. BLVM. Pr. Cam. T. 44. n. 15. Etiam huc spectant quas supra tutoribus commendauius obseruandae cautelae. Antequam itaque appellationem interponat tutor, Iuris peritos denuo consulat, a frustranea abstineat, sumtus enim, si male appellauerit, ferre tenetur. LEYSER. sp. 333. M. II. Caeterum, an et iuramentum appellationis, de quo KOENIG. in Diff. de Iuram. appell. aut, si restitutionem in integrum impetrare velit, calumniae, iurare debeat? ex supra dictis facili diiudicatur negotio. Si vero non iurat, nihil praeiudicat pupillo, ita nimirum decretum in Amplissimo Sch. Francof. 1753. in Sachen I. Charmant, als beuollmächtigten Aetoris seiner Stueftochter I. Pilgramin, Vormunderin, vnd bestellten Anwaldter A. C. Bilgramin, contra Wittmaennische Erben. Communic. cum Adi. sowohl denen Wittmaennischen Erben, als auch denen hierinnen vermelden Vormundern der I. S. Pilgramin, und gedenket man zwar diese letztere zu ausstellung eines Special - gewalts zu praefirung derer solemniium appellationis nicht zu nötigen, mitbin solle der Proc. R. wofern sie sich nicht eines andern befinnen, auf den 4ten nechst komenden Iul. zu leistung der appellations solemniien, nur wegen der einen mitappellantin A. C. Pilgr. admittirt, solchen falls aber die vnterbliebenen appellat. solemniien, vnd daraus ihrer Curandin erwachsender nachtheil, gedachter vormunder selbst eigenen verantwortung lediglich überlassen werden. BLVM. T. 67. §. 81. BERL. D. 217. n. 4. Iam Iustinianus ob neglectam in bona causa appellationem tutelae actione tutorem prosequitur, l. 11. C. de adm. tut. et id quod non adquisiuit

quisiuit tutor pupillo in tutelae iudicium venire ait in l. 7.
C. Arbitr. tut.

§. XX.

Num. in cri-
minalibus cau-
sis agere vel
defendere?

Non autem haec tutoris obligatio pro pupillo in iudicio agendi quoad causas ciuiles tantum, et vbi de vtilitate priuati patrimonii sermo est, sed et in criminalibus obtinet causis. Possunt equidem pupilli interdum accusantes in foro comparere, quod ipsis iure Rom. conceditur, et quidem tunc, vbi ipsi iniuriam sibi vel propinguis suis illatam prosequuntur, l. 8. iunct. l. 11. ff. de accusat. Haec tamen ita temperata intelligimus, vt non ipsi soli, (quia eorum negotia iudicialia absque tutore facta regulariter nulla sunt) sed cum tutoribus, qui eorum defectum suppleant, accusent. l. 4. C. de autoritate praest. Tutores vero aequae auctoritatis auxilium suum omnino quidem denegare nequeunt. MENOCH. de arb. Iud. quaest. 79. n. 15. Non tamen vltra memoratas personas hoc accusandi ius extendendum est, ob verba l. 4. cit. *in quibus casibus adultos et pupillos leges accusari concedunt.* Magni enim haec est res preiudicii, et notum accusatoris in iure discrimen, vt adeo consilii non esset pupillos suo relinquere arbitrio, qui priuatis simultatibus forte plus iusto tribuentes, ac inconsiderate agentes et sibi et aliis nocere poterant. Multo autem magis in iudicio comparere curatores debent, vbi minores criminali actione pulsantur, non quod ipsi pro minoribus respondeant, id quod iudicii criminalis non admittit ratio, sed vt iisdem assistant, eos in primis defendant, omnemque curam ac operam adhibeant, vt vel a poena in totum liberentur, vel saltem ea mitigetur. MENOCH. c. 1. q.

80. n. 103. Neque tamen haec ubique admitti docet MONTANUS de tutelis C. 32. R. 9. n. 72. Hodie, quum inquisitorius processus magis frequentetur, de accusatione raro quaestiones istae incidunt, nisi ad denunciationem dicta extendas, quod si adfirmaueris neque in hoc nos habebis dissentientes.

§. XXI.

Considerauimus hucusque ea tantum, quae tutori ex officio pro alio agere incumbunt: Causas enumerauimus, quae hocce admittunt officium; quibus geratur rationibus exposuimus, abstrahentes quantum quidem fieri potuit, ab iis, quae singularem, vel ex tutoris, vel ex pupilli persona, determinationem recipiant. Nunc opus est, vt ad ea deueniamus, quae vel ex natura tutelae, vel eius ex constitutione fluunt. Non potuimus tamen impedire, quo minus iam anticipando quaedam quae huius proprie loci essent, supra monuerimus, ideo scilicet, ne res coniunctas diuellamus, aut nimis curiosa subtilitate, dum viles esse volumus, nauseam creemus lectori. Tutores varii esse generis notum est, siue ad constitutionem respexeris, siue ad administrationem. Supra iam diximus, quae inter testamentarios et legitimos aut datiuos, quoad legitimationem sit differentia: Quae nam inter illos quoad substitutionem, in locum cessantis obtineat in sequentibus exponemus. Quoad administrationem ita disponit Reform. nostra, P. VII. T. II. §. 15. vt proximi quidem ad tutelam semper admittantur, si vero extranei fuerint, neque in loco tutelae gerendae degant, administrare non possint, sed praesentes eligantur. Caeterum Ref. iuri communi non derogat. Quae ergo potest, num, si plures sint tuto-

Quantum ad
tutores solos
attinet,

Si plures sint, an omnes debeant comparere? res, omnes necessario comparere in causa pupilli debeant? Et sane, nisi iudicialiter facta sit tutelae diuisio, quippe quo casu quilibet pro ea parte quae illi concredita est agit, dubium non est, omnes omnino esse citandos, si rei sint. *BARINAC. Dec. Crim. l. 2. D. 40. n. 2.* Comparere vero an debeant, non adeo liquet. Nos quidem distinguendum putamus, vtrum diuisa sit tutelae administratio, nec ne? Sin illud, omnes comparere debere non videtur, quia iam antecedenter per suam diuisionem in quemlibet actum, quem quis sua ex parte gerit inuicem consenserunt contutores. *l. 2. C. si ex pluribus tut.* Si vero tutelae administratio diuisa non fuerit, nihilominus *N. Coll. Conf. Tub. V. I. C. 8. n. 13.* omnes vt adsint, necessario non requirit. Neque nos multum ab opinione hac abhorremus: quoad iudicii integritatem seruandam, vnus enim tutoris consensus est: instar omnium, ad validitatem tam iudicalem quam extraiudicalem, nisi reliqui contradicant. *l. f. C. de auth. praest. HOFFM. Tr. de Iure rerum indiuid. P. II. S. III. aph. 3. n. 28. r. II 2.* Quilibet nimirum tutor suo obligatus est iuramento: Cur ergo quilibet gerere nequeat? Non tamen nego, aduersam partem, cuius vt omnes tutores adsint interesse potest, vel id ipsum, vel de rato cautionem petere posse, quam quoties omnes tutores non comparent necessariam quoque putat *BOENIGKE in Praet. pract. C. VI. p. 28.* Recedit quidem hic a Iure comm. dispositio Iuris Saxonici, quod omnes coniunctim adesse in iudicio iubet, cui et Iura Camerae Imp. et Archiep. Magdeb. adfentiunt, *MARTINI Comment. in Ord. Pr. Sax. T. VIII. §. 1. n. 26.* Patriam tamen praxin non adfentire compertum habeo, idque eo magis, quominus.

minus haec singulorum tutorum comparitio ad processus
essentialia pertinet, quum et ipsis in foris modo dictis
id non obtineat in casu ubi celerior expeditio, vel im-
pedimentum reliquorum tutorum aliud suadet. MAR-
TINI c. l. T. IX. §. 2.

§. XXII.

Haec de constitutione. Quid, si tutoris in per-
sona finiatut tutele? Finiri autem quot possit modis
actum agerem si recenserem: Res omnibus nota. Quid
tamen circa quemlibet sit obseruandum monere nostrum est.
Et quidem ubi morte finitur, ius Rom. heredibus admini-
strationis iniungit continuationem: l. i. et 4. ff. de fidei-
et nominat. et hered. tut. Sed quum nonnisi dolum
praestent, nec ultra rationum redditionem teneantur,
quo et Ref. nostra spectat P. VII. T. XI. §. 3. leue inde
pupillis auxilium foret. Alio itaque illis prospiciendum
erat modo: Et quidem, si durante lite, (hunc enim
vnicuique intelligimus casum) tutor moriatur, cum vnicuique
tantum pupillus habuerit, ne hic maneat indefensus, nouus
confestim constituendus est. Si vero ex pluribus vnus
tantum decesserit, tunc suo more contendunt DD. Mo-
uit quosdam l. ii. §. vii. ff. de test. tut. vt distinxerint
inter testamentarios tutores, et eos qui tales non sunt:
Ex illis si quis decedat, nouum omnino substituendum
arbitrantur, non tamen, si ex his aliquis moriatur.
BERL. Dec. aur. P. II. D. 279. per tot. At malle-
mus adferre VVERNHERO, Obs. Vol. IV. P. VI. Obs. 390.
qui legem hanc non praeceptiuam putat, sed arbitrio
iudicis, an nouum constituere velit, relinquendum statuit,
quod et propter verbum legis, poterit, veritati magis acce-
dere videtur. Non tamen adeo late hoc iudicis arbi-
trium

trium extendi vellemus, vt et superstiti contutori vrgenti nouum denegare possit tutorem; ad officium enim iudicis simul pertinet prospicere, ne tutorum onus temere crescat. PRVKMANN V. I. C. VI. n. 68. sed id tantum velle videtur VVERNHERRS, quod, si etiam non esset a iudice constitutus nouus tutor, nullum ideo haud fiat iudicium. In hoc testamentariorum aliorumque tutorum iura eadem esse putamus. Tot. tit. C. quibus causis tutorem habenti etc. Supra iam de eo casu me loqui memini, si praeter tutorem deficientem alius non supersit: Et tunc sane, donec alius constitutus fuerit, omne contra minorem cessat iudicium, adeo, vt si etiam conclusum in causa fuerit, nihilque praeter sententiae publicationem supersit, ne haec quidem fieri debeat; CARPZ. D. 44. n. 3-9. si vero facta fuerit, nulla sit, nisi pro pupillo lata. Idem c. l. n. 10. seqq. idque ideo scilicet vt quoad remedia suspensua vel deuolutiua nullum pupillo enascatur praeiudicium. Caeterum si iusta ex causa a tutela tantum fuerit liberatus tutor, pupillo adhuc in ea manente, non aliter obligatione sua soluitur, quam si in eius locum alius fuerit substitutus, et rationes ab eo fuerint redditae, quo vero facto vt litem coeptam periciat obligari nequit. PRVKM. Vol. I. Conf. XXX. n. 157.

§. XXIII.

Contumacia
tutoris non
nocet pu-
pillo.

Quod ipsam vero tutelae gestionem attinet, varia ex iure tutorum obseruanda hic non sunt omittenda. Occurrit primo contumacia tutoris, quae num pupillo sit damnosa? inquirendum. Olim quidem in Camera contra contumaces tutores duo erant remedia, ad bannum agendi alterum, alterum ad immissionem in bona tutoris. BLVM. Pr. Cam. T. LXVI. §. 55. Hodie tamen poena

poena banni plane est sublata per R. I. nou. §. 36. Cap. Nou.
 Art. XX. §. II. verbis: *und souiel das bannum contumaciae*
belanget, wollen wir selbiges, als ein aus vielen consi-
derationen unzulängliches mittel gar abthun, und es in
ciuilibus causis auch bey ciuilibus coercendi et compellendi
modis bewenden lassen. Imo alteram quoque contumaciam-co-
 ercendi viam, immiſſionem scilicet in bona contumacis,
 sublata adferunt RODING. Pand. Cam. l. 3. T. 36. n. 4.
 seqq. BOCKEN. Not. ad BLVM. Pr. Cam. T. 66. n. 55.
 Expresse eam sustulit FRER. Gerichts-Ordn. de A. 1676.
 verbis: *Also soll auch der aduersus contumaces ad pri-*
imum et secundum decretum in contumaciam procedendi mo-
duſ Ref. p. I. T. 15. praescriptus hiermit aufgehoben,
und allein der zweite daselbst beschriebene weg in contumaces
procedendi hinfuro passirlich seyn. Attamen contra con-
 tumaces tutores contrarium obtinere probat RODING. c.
 II. n. 5. vbi quoque praepudicium immiſſionis in bona
 decretae. Hinc etiam Illustris Dn. ORTH. Anmerk.
 vber die Frff. Reformation. IV. Fortsetz. p. 570. eam
 admittendam esse non dubitat. Praecipue autem senten-
 tia RODINGII, poenam arbitriam contumaci tutori di-
 ctantis, in foro nostro recepta est, saepiusque hoc
 modo contumaces coerceri solent tutores. Pupillo vero
 ipsi nullum nascitur ex contumacia tutoris praepudicium,
 adeo, vt ne restitutione quidem in integrum indigeat.
 Schoepff. in Pr. vnilar. S. I. §. 10.

§. XXIV.

Quum ergo tutoris contumacia pupillo nequitiam ^{Confestaria}
 noceat, sequitur, neque, si iuramentum calumniae iurare
 detrectet tutor, aduersarii iuramentum cali., vel quodcun-
 que aliud ei impositum, pro praestito haberi, SETSER de
 Iuram.

Iuram. l. 3. C. III. n. 104. STRYK. de Caut. Iuram. P. H. T. I. C. 4. n. 69. et 70. neque pupillo ex lege diffamari prouocato perpetuum imponi posse silentium, quum alias innocens pupillus damnus pateretur, sed adire debet iudicem diffamatus, et petere, vt contumacem tutorem pro modo in iudicio recepto coereat. Quod si vero extra casum contumaciae tutor pupillo damnus inferat, remedia superius exposita pro rei ratione adhibenda sunt. Nou. Coll. Conf. Tub. V. VII. C. 4. n. 144.

§. XXV.

Tutor est, vel curator, qui pro pupillo aut minore in iudicio agit, ad quem in administrandis pupilli v. min. negotiis omnia spectant: Verbo, est loco domini. Num ergo confessio eius noceat pupillo? merito quaerimus. Responder l. 6. §. 4. ff. de confessis, non posse. Recte tamen, uti quidem videtur, lex haec ad voluntariam extraiudicalem confessionem restringitur a LAVFERB. Diff. de confess. P. I. §. XXV. ITTIG. diff. de confessione §. LXI. MASCARD. Concl. 270. n. 2. Qui enim alias litem contestari posset tutor? Neque plus quam confessio nocet tutoris renunciatio, vt puta, si exceptionibus, vel restitutioni in integrum, renunciauerit: Scilicet sine iudicis interposito decreto non valet renunciatio; PRYKM V. 2. C. 20. n. 106. seq. ex genere enim donationum est. SIMONCELLVS de decret. in contr. min. adhib. l. 1. T. II. n. 9. quamuis sub fide iurata facta fuerit. Id. c. l. n. 112. Tandem nec dolus tutoris praeiudicat pupillo; FARINACIUS Oper. crim. q. 159. n. 21. ea tamen addita limitatione, nisi pupillus inde lucrum faciat. l. 3. ff. quando ex facto tut.

§. XXVI.

An confessio
tutoris no-
ceat?

An renun-
ciatio?

An dolus?

§. XXVI.

Est quoque magni praeiudicii negotium transactio, in primis, quum tutores in rebus pupillorum alienandis summa opus habeant prudentia. Quum tamen difficillimis saepe ac sumtuosis litibus commode hac obuiam iri possit ratione, sumtibusque ac expensis, quoad fieri potest, parcere boni fit tutoris; facultas quidem transigendi, in primis ubi valde dubia fuerit causa, tutori nequaquam neganda videtur. l. 54. §. fin. l. 56. §. 4. ff. de furtis l. 12. C. de transaction. modo non inde infligatur damnum rebus pupilli vel minoris, l. 46. §. fin. ff. de adm. tut. quod tamen non ita intelligendum, ut plane nihil amittat, quod per ideam transactionis non fieri potest, sed tantum, ne plus inde enascatur damni, quam ex futura lite metui potest. Neque hic Dd. dissentiunt, sed de eo tantum disceptant, utrum tutores de re transigentes immobili decreto magistratus causaeque cognitione indigeant? Pro affirmatiua sat numerosa Dd. caterua armatus pugnat SIMONCELLVS de decret. etc. L. 2. T. VI. n. 99. ea potissimum ex ratione, quod transactio sit alienatio: Ab hac ergo ad illam, ut a genere ad speciem, conclusionem valere nullus dubitat, quod eo usque extendit, ut ne tum quidem, ubi ius tantum in re immobili, quod ipsum pro re habet immobili, transigendo pupillus perdit, sine decreto illud fieri posse existimet. Calculum addit, praeter alios plures, LINCK. in Consil. Alt. Vol. Nou. Conf. CXXV. et LVDOVICI in Diff. de facto tut. a pupillis non praestando. §. 40. In diuersa tamen abit LEYSER. Sp. CCCXXXIII. MED. 15. seqq. qui ad quaestionem hanc, an scil. tutor absque magistratus decreto rem pupilli immobilem transigendo

Num transigere possit tutor?

F ali

alienare possit? respondens, ita distinguit: Aut pupillus in possessione rei immobilis iam fuit, eaque per transactionem est destitutus, aut rei ab alio possessione suaque lite petita alteri possessionem relinquit: Illo casu magistratus decretum ad validitatem actus credit necessarium, quia l. 4. C. de praed. et aliis rebus min. transactionem, qua pupillus fundum amiserat, nullam, fundumque amissum vindicatione repetendum esse iubet: Hoc vero, ubi actio realis quidem, sed multis dubiis difficultatibusque obnoxia remittitur, non necessariam esse statuit causae cognitionem, et superuacaneum iudicis decretum, legem enim quae tutorum facultatem alienandi restringit, extendendam non putat, quum minus sit actionem habere, quam rem. l. 294. ff. de Reg. Iur. Neque, sane, ipsam si consideraueris legem, eius initium, extensionem, et rationem, cogitaueris, a iusto tramite haec opinio LEYSERI aberrare videtur. Seuerus quippe Imperator, qui tam salutaris legis auctor fuit, ad ea tantum respexit praedia, quae certum et constantem reditum habent, qualia sunt rustica, quae sola itaque oratione sua comprehendit, vnde l. 198. ff. de V. S. praedii urbani et rustici differentiam, hoc tantum sensu, in usu oeconomico ponit, quam explicationem dum aliqui ad materiam de seruitutibus applicauerint, non potuit non inde oriri confusio. Vide contextum in Vlp. protrib. vnde haec lex desumpta est, et illustr. KOCH. iam inter Giesenses Prof. Celeb. in Diss. Ienae quondam habita, de Praed. urb. et rust. Postea vero haec Seueri lex, vt mutatis fieri solet rerum conditionibus, et ad urbana praedia est extensa. Visum nimirum est, interesse pupillorum, bona, quae certam et determinatam vtilitatem habent, tot periculis, quibus mobiles res non sunt subiectae

subiectae, nisi ob extremam necessitatem, non exponi, tutorumque facultatem in pupillorum patrimonia gra-
 fandi circumferibi. Et hanc quidem huius legis rationem
 nos esse putamus. Neutra vero in alienatione iurium
 obtinere videtur: Neque illa, quum ius solum certam
 utilitatem et determinatam non habeat, donec post fini-
 tam longam et intricatam litem effectui dari possit: Ne-
 que haec, dum et ius pupilli negligere, probandi me-
 dia intervertere, et sic, quod in mobilibus potest, etiam
 hic pupillo damnum inferre possit tutor. Legibus ergo
 Leyseriana opinio contraria non videtur. Accedit fauor
 transactionum, quum totius intersit Reipubl. quidquid
 auida fori dicat plebs, vt lites citissime quam fieri po-
 test, sopiantur, vanaeque litigandi cupidini fraenum
 iniiciatur, praecipue, quum pupillis et minoribus lae-
 sis remedium restitutionis in integrum supersit, illaesi vero
 plane nullo indigeant. Iuit praeterea in hanc sententiam
 F. C. HARPPRECHT. in Diss. de transact. in causis minorum
 n. 136. eamque non sine acumine defendit, tali nempe,
 ait, casu aduersarius possessor non ex nouo titulo trans-
 actionis rei iam a se possessae fit dominus, sed ex an-
 tiquo eam retinet, l. 33. C. h. t. ideoque alienatio non
 inuenit locum, immo addit, leges facilius ius aliquod
 adquiri prohibere, quam adquisiti alienationem permit-
 tere. Haec vero, quaequae sint, nos non mouent, vt
 a communi recedamus opinione. Non negamus minus ef-
 fe, ius habere, quam rem, sed ideo non sequitur, id, quod
 de hac dicitur, de illo non valere. Clare hoc demonstrat
 l. 3. §. 4. ff. de rebus eorum etc. quae quoties restrictiua
 fallat interpretatio docet. Legis verba haec sunt: „ si
 „ ius *εμφοτευτικόν* vel *εμβραυτευτικόν* habeat pupillus,
 „ videamus, an hoc distrahi a tutoribus possit? et ma-
 „ „ *gis*

gis est, non posse: quamvis ius praedii potius sit. Sequamur rationem argumentandi Leyferianam, et multum a lege ista 3. cit. nostrum abhorrebit ratiocinium. Respexit forsan VLPPIANVS in hac lege ad eandem istam restrictiuam interpretationem, sed ipsam non probat: Ait nimirum, minus quidem esse ius seruitutis iure in re ipsa cui inhaeret seruitus, tamen et minus illud tutorem alienare vetat. Imo extensiuam potius firmat interpretationem. Ius *εὐφροεντινὸν* minus est iure praedii, et tamen eius alienatio prohibetur, quanto magis ergo iuris praedii ipsius, quod maius est, interdicenda alienandi facultas? Nos certe communem adoptantes opinionem rationem legis alienationem prohibentis et in eo de quo quaeritur casu deprehendimus. Reditus quidem nondum adsunt, at sperandi tamen; at lite finita aderunt. Tutor in iura grassari, instrumenta et omnia probandi media tollere, suprimere et delere potest, non nego, sed quomodo illum ne aedes, ne praedia, ne praetiosas res pupilli corrumpat, impedies? Aut legis haec non est ratio, aut, quod aiunt, mundo optimo nihil perfecti inesse dicendum. Tollantur, hoc enim praeterea contra nostram opinionem in medium prolatum est, tollantur lites transactionibus, sed sine incommodo aut damno ciuium? Ergo nihil interest inter restitutionis in integrum salutare remedium, et nullitatem? Non videtur. Illa laesionem, haec actum vitiosum, illa laesionis, haec vitii, probationem requirit. Quo ergo facilius nullitatis quam laesionis probatio est, eo magis pupilli interest, transactionem absque decreto initam pro nulla declarari. Neque HARPPECHTI mouet sententia, vt ab opinione nostra recedamus. Negamus, eum qui transigit ex veteri causa possidere, nam, vt iudicis sententia,
ita

ita transactio, nouam inducit. Ineptus sane esset aduocatus, qui lite post transactionem resuscitata, ad illam potius, quam ad hanc prouocare malit. Neque lex ab Harpprechtio citata pro illo multum militat, nam illa alium plane casum supponit, scil. data est transigendo res, quae deinde minoris pretii inuenta est: Quaeritur ergo, an ideo tollenda sit transactio? Et negatur: Non quod ex hac agi non debeat, sed, quia instar rei iudicatae tolli non poterat: Hinc lis resuscitanda non videbatur, sed ex promisso agendum erat, vt nimirum illi satisficeret aduersarius. Nos autem tantum quaerimus, an transactio nouam inducat causam, nec ne? de quo ne verbum quidem in lege ista inuenimus. Praeterea quum dicatur, leges facilius concedere ius aliquod non adquiri, quam adquisitum amitti, hoc quidem non negamus, sed neque id quod facilius conceditur, semper concessum dicendum est, neque iura pupilli dubiae liti implicita pro demum acquirendis habenda, sed iam adquisita sunt, dummodo in effectum deducantur. Et quis tandem rectius causam cognoscat, pretium determinet, tutorem, aduersarium et pupillum, securum reddat, quam iudex suo decreto? Id petat tutor, id ipsi cautelae, id sit aduersario, quam si non obseruauerint, videant, ne inconsiderate agentes suo merito damnium incurrant. Iudex vero, si tutor illum adierit, ei neque officium suum denegare, nec alium, qui in causae momenta inquirat, vt consulat iubere potest, prout in casu de quo supra §. VI. fieri diximus, sed ipse causam cognoscere debet. Nostris certe in iudiciis tali vbi opus est decreto, ad eos, qui legis habent actionem, vt antiqui dicebant, i. e. qui officio tutelae curatelicque constituto praesunt, (Curatel-Amt)

tutor ablegatur, quorum est ponderare causam, inquirere in litis obiectum, in probandi media, in facultates pupilli, et omnia in libellos iudiciales (Protocolla) referre. Mittitur deinde haec consignatio ad Illustrem Sabinatum, qui pro rei ratione vel decretum imperitur, vel transactionem vetat. Contra vero hocce decretum beneficio restitutionis in integrum locum esse dubium non est.

§. XXVII.

An compromittere?

Non longe ab hac quaestione recedit illa: an tutor pro pupillo, vel curator pro minore, possit compromittere, absque iudicis decreto? Quamvis alias compromissa non essent adeo fauorabilia, secundum vulgatum illud, *lass dich nicht ein in Compromiss, denn du verlierst die Sach gewiss*, tamen saepius et sumtibus parcere et litem citius finire cum possit compromittens, tutorisque sit providere, vt omnia quae pro pupillo fiunt, paucissimis quam fieri potest gerantur impensis, damnaque diligentissime auertantur, omnia prius illi tentanda erunt, quam sumtuosam suscipiat litem, incertisque pro emolumentis temere certas aleae committat pupilli pecunias. Non itaque dubitamus, tutoribus quoque concedendam esse compromittendi facultatem, quum leges eiusmodi negotia tutorum sine magistratus decreto sola eorum auctoritate gesta nulla non habeant. l. 34. §. 1. ff. de Minor. Maxime vero id procedit, si necessarium foret compromissum, de quo vid. scacc. L. 2. de Iud. C. 2. per tot. quamvis enim posset obiici, pupilli personam esse inhabilem, neque adigi posse ad tale compromissum eum nisi specialiter sit expressum, quod vrget SIMONCELL. de Decret. in causa min. l. II. T. VI. n. 78. tamen id ad tutorem

tutorem non quadrat, quem compromittere posse modo probauimus. Dubium autem haud plane veritatis specie destitutum quod movetur, est id: an tutor pro pupillo, vbi lis de re immobili agitur, in arbitrum compromittere queat? Communiter quidem Dd. pro principio supponunt, quod, qui nequit transigere nec possit compromittere. Ludou. Doctr. Pand. Tit. de receptis §. 1. inde, quum §. antec. tutori ius transigendi negauimus, nos quoque oporteret compromittendi facultatem illi negare; cui accedit, quod SIMONCELL. l. c. maxime vrget, scil. compromissum posse degenerare in alienationem, quae quum interdicta sit tutori, et compromissum interdicendum esse. Tandem et id posset obiici, compromissum continere quandam renunciationem, amittit enim coram arbitro agens, regulariter, beneficia iuris, ex. gr. appellationem, et alia, quae non raro insignis sunt vtilitatis. Ita quidem vno quasi ore Dd. iudicant. Vide adlegatos satis multos apud SIMONCELLVM c. l. quibus plures addere nunc supersedemus. Mediam viam ingreditur LÉYSERSVS Sp. 333. m. 18. suamque, quam supra de transactione adduximus sententiam, ad compromissum adplicat, tutorem nempe compromittere toties posset iudicans, quoties res de qua litigatur immobilis a pupillo non possideatur, aut laudo non perdat. Nobis quidem semper religioni habemus a lege, vel scripta, vel non scripta, recedere, aut a doctorum dissentire opinionibus, quae legum firmo argumento nituntur. Definere vero videntur leges ad difficilem hanc decidendam quaestionem, neque a Dd. allegatas inuenire contigit. Rationes suas communiter adducunt, quas itaque penitius indagare animus est, ne simpliciter in cuiusdam verba iurare videamur. Primam vero desumunt a transactione, quae tamen, quomodo huc spectet, non videmus.

Nihil

Nihil commune habent transactio et compromissum, nisi dixeris, quod eundem habeant effectum. Sed possunt plurium causarum iidem esse effectus, quarum nihilominus quaedam tantum licitae, quaedam vero illicitae sunt. Sic ergo nihil impedit, quo minus transigere idem tutor prohibeatur, cui compromittere tamen licet. Neque secundum argumentum nos conuincit, posse scilicet abire in alienationem compromissum. Quid aliud est alienatio quam actus, quo tuum quod erat fit meum? Num vero hoc in compromisso contingit? Aut res ad arbitrium pupilli deducta est, aut non est. Sin illud, officium erit arbitri in decidendo pupilli ius sequi, et manebit eius res: Sin vero hoc, rem amittit pupillus in qua nihil iuris habuit, quae eius ante non fuit, quamque non potuit ciuilitate possidere. Non ergo alienatur res in compromisso, sed redit ad dominum quod fuit ante suum. Concidit itaque hac ratione fortissimum argumentum, neque commode potest applicari l. 1. de praed. et aliis rebus etc. haec enim de alienationibus loquitur, quas hic locum non habere diximus. Tandem, tertio, instant, compromissum videri posse renunciationem, quae tutori permessa non est, prout §. XXV. demonstrauimus: Sed videtur tantum, non est. Distinguiamus inter arbitratorem et arbitrum, quorum differentia iuris est notoria. Ille seruat iuris ordine, hic ex aequo et bono, litem decedit: Non ergo statim renunciat suis iuribus, qui in illum compromittit, quippe quae omnia illi manent integra, adeo, vt et appellationem sibi pacto quidem reseruare possit compromittens, quamuis deinde haec a nonnullis reclamatio potius dicatur. V. GAIL. Obs. Pract. L. I. Ob. 150. n. 16. Immo et contra laudum exceptiones locum habent, quae species appellationum expresse dicuntur in l. 32. §. 14. de fin. ff. de

Receptis

Receptis. Quum ergo in compromisso tutor pupillo aequè satis prospicere queat ac in lite coram competente iudice ordinario tractata, resque immobilis, etsi laudo amittatur, vel antea pupilli non fuit, vel aliis remediis repeti possit, nostra quidem ex sententia compromissum sine decreto magistratus initum non est nullum. Improvido interim hic respondemus tutori, eique ex iure consilio subuenimus. Prudens autem tutor adibit magistratum, eiusque decretum petet, sicque omnia pericula tutissime euitabit. Quae vero de arbitro diximus, non item de arbitratore intelligimus, in hunc enim compromittere tutor, nostra quidem ex opinione, non poterit, quum id propius accedat ad renuntiationem, quam tutori permissam non esse supra euicimus. Saluus interea esto fori usus, salua aliorum contraria sententia.

§. XXVIII.

Minoris praeiudicii res est prorogare forum pupilli, An prorogare? coram quocunque enim iudicio agatur, pro illo semper militat praesumptio aequitatis et iustitiae. Poterunt quidem sumtus litis pro iudiciorum diuersa consuetudine diuersi esse, sed hoc ipsius causae non ingreditur merita, quamuis tutorem ad rationum redditionem obliget. Nulla certe lex prorogandi facultatem denegat tutoribus, neque cur denegetur ratio adest. Omnia redeunt ad generalem regulam legis I. pr. ff. de tut. et rat. distrah. scil. in omnibus quae fecit tutor, cum facere non deberet, item in his, quae non fecit, rationem reddat hoc iudicio, praestando dolum, culpam, et quantum in suis rebus diligentiam.

§. XXIX.

Tantum ergo quum non solum in hoc, sed et in alijs An testis esse in causa pupilli v. minoris? omnibus casibus, tutorem maneat praeiudicium, mirum videbitur nemini, idenditem a testis esse quaesitum, posse

G

setne

fetne tutor v. cur. in causa pupilli, s. min. testis admitti?
 Vix videtur huic quaestioni a nobis commode magis fieri
 posse satis, quam si solidam eius decisionem ex Scabina-
 tu Frfr. emissam cum rationibus ex utraque parte vrgen-
 tibus adducamus. En illam: „ *Ob wohl die bewährteste*
 „ *Rechtslehrer* ex l. f. ff. de test. vbi in genere omnes ex-
 „ secutores h. e. administratores negotiorum, qualis
 „ etiam est tutor, *den Schluss ziehen*, quod Tutores et
 „ curatores in causis pupillorum et minorum non sint te-
 „ stes idonei, ita, vt ne quidem finita tutela, aut si causa
 „ pupilli per actorem tractetur, pro pupillo testimonium
 „ ferre possint, MEIER in Coll. Iurid. argent. L. 22. T. 5.
 „ §. 7. n. 7. LAUTERB. Coll. Th. pract. l. XXII. T. V. §. 26.
 „ quoniam tutores, ratione personae pupilli sint instar
 „ parentum, et, ratione bonorum, veluti domini,
 „ COTHM. V. 3, R. 9. n. 14. et R. 34. n. 115. seq. ideo-
 „ que propter fauorem et amorem, quo tutores prose-
 „ quantur suos pupillos, et quoniam causa pupillorum
 „ ipsorum tutorum videatur, lisque pupillaris periculo
 „ ipsorum tutorum expediatur, lisque prohibeantur tes-
 „ timonium pro pupillis ferre. Vmm. Diss. ad Proc. D.
 „ 16. §. 3. n. 20. praesertim, quum neminem fugiat, te-
 „ stificationem tutoris in causa pupilli, in qua ipse vices
 „ actoris gerit, et causam quasi propriam agit, facile
 „ ipsius tutoris commodo vel incommodo cedere posse,
 „ quae sola ratio sufficiens sit, vt quis a testimonio re-
 „ pellatur, inprimis cum et accedat adfectio, quam erga
 „ pupillum habere praesumitur, et quem insuper quasi
 „ in potestate sua habet, CARPZ. P. I. C. 16. Def 57. *So*
 „ *ist man jedoch nach vorliegenheit der umstände der meinung*
 „ *gewesen, das wenn vorher ein Curator ad litem vor die cu-*
 „ *randa bestellt und verpflichtet würde, vber die von dem-*
 „ *selben zu übergebende Articulos prob.: und von den pro-*
 „ *ductischen*

„ duffischen Theil zu exhibirende interrogatoria die Vor-
 „ munder, welche ihrer Vormunds-Pflicht, quoad hunc
 „ actum zu entlassen, gar wohl zum Zeugniß vor ihre Curan-
 „ din admittirt werden koennten, einmahl, weil die führnehm-
 „ ste ICri obige angeführte prohibitiones testimonii dicendi da-
 „ bin limitiren, daß, im fall die Vormunder nicht selbst agi-
 „ ren, sondern vor der Obrigkeit ein Curator ad litem ange-
 „ nomen wurde, iene wohl zu zeugen für ihre Pfliegbefohlene
 „ gefubrt werden könten, LVD. Roman. Conf. 420. n. 6.
 „ et, quando causa pupilli ventilatur in iudicio per acto-
 „ rem ad litem, non a tuore, sed a iudice, vel cu-
 „ ratore deputatum, ratio prohibitionis et periculum tu-
 „ toris cessat, adeoque nihil impedit, quo minus testi-
 „ ficatio eius sit admittenda, vt est communis Ddrum
 „ sententia, CARPZ. P. I. Conf. 16. Def. 58. MASC. V. 4.
 „ Concl. 1364. n. 31 et 32. FARINACIUS de testibus q.
 „ 60. n. 280. Hinc ad hoc, vt tutor testis esse possit,
 „ cautela traditur, vt detur curator liti, tunc enim,
 „ quum hic curator periculo tutoris non detur, tutor me-
 „ rito testis esse potest, quamuis etiam contrarium ve-
 „ lint alii; BERL. D. 266. n. 16. seq. Sodann, vor das
 „ andere, weil hier von einem solchen probando die Frage ge-
 „ wesen, welches die Vormunder vor ihre person eigentlich
 „ nicht angegangen, vnd worvon sie für sich keinen vortheil
 „ oder schaden zu gewarten gehabt, nemlich von erweisung
 „ ihrer Curandin Mutterlicher illatorum, vnd Vaetterlicher
 „ adportatorum; mithin das dubium, welches LAVTERBACH
 „ Coll. Th. Pract. L. 22. T. V. §. 26. folgender gestalt
 „ macht: Tutor in causa pupilli, vt testis productus re-
 „ cusatur, ita, vt nec finito officio testimonium pro pu-
 „ pillo dicere possit. Et licet hoc limitetur, nisi lis per
 „ alium substitutum, et non per tutorem, agatur, res
 „ tamen dubio non caret, praesertim, si lis ex ipsa ad
 „ G 2 „ mi-

27 ministracione dependeat ; nam et hic tutoris interest ,
 28 ne propter culpam condemnetur , vel vt diligentiae aut
 29 honoris exstimationem non incurrat, *dabier gar nicht ein-*
 30 *schlagen können , viel mehr dasienige in vollermaße applicabel*
 31 *gewesen, was PRVCKM. C. 41. n. 69 et 76. behaubtet* : quo-
 32 ties sc. negotium de quo disceptatur ad tutores prin-
 33 cipaliter non attinet, et vide commodum nullum eos
 34 manere potest, recte pro minoribus testimonium di-
 35 cunt. *Wiewohlen freylich die Vormunder dennoch eben-*
 36 *nicht als testes omni exceptione maiores pro pupillis betrach-*
 37 *tet werden koennen , nach der Erinnerung COSVINI ab-*
 38 *ESBACH, in Not. ad CARPZ. Iurispr- for. P. I. Const. 16.*
 39 *Def. 58. Wozu noch drittens gekommen , quoniam veritas*
 40 *aliter haberi non poterat ; cuius modi casus sem-*
 41 *per et vbique est exceptus, et vbi multa permituntur,*
 42 *quae alias sunt pohibita, BERLICH. Dec. 266. n. 3 et 26.*
 43 *seq. gestalten die fatalitaet allzugroß vor die Curandin ge-*
 44 *wesen seyn würde , wenn sie ibren beweißlohe alle eigene*
 45 *schuld bloß darum , weil die Obrigkeit ihre naechste an-*
 46 *verwante , so alleine noch von dem themate probando*
 47 *wissenschaftl gebabt vnd zeugniß geben können , zu vor-*
 48 *mundern bestellet hatte , verliehren sollte. Decretum igitur*
 49 *den 3. Mart. 1755. in scab. Erfr. dasß der curandin*
 50 *F. der Hochgel. Ltus I. G. L. zum Curatore ad litem zu*
 51 *bestellen , vnd auf naechsten Schoeffen- Rathstag zu ver-*
 52 *pflichten , vnd dieser alsdann den auferlegten Beweiß in-*
 53 *nerhalb 14. Tagen bey zu bringen schuldig , vnd dazu des*
 54 *Zeugnisses beyder F. Vormundern , als welche quoad*
 55 *hunc actum ihrer Vormunds Pflichten erlassen werden ,*
 56 *sich zu gebrauchen , dieser Sache bewandnuß nach , be-*
 57 *fügt seyn. “ Hisce ergo sub limitationibus communis*
 58 *Drdum sententia, quam praeiudicio firmat VVERNHER-*
 59 *Obf. P. VII. p. 68. supp. p. 700. quod tutor in causa pu-*
 60 *illi*

pilli testis esse nequeat, fallit. Caeterum, quum omne de testi-
 bus iudicium Ill. Dnns SCABINIS in Ref. nostra Tit. XXXIII.
 P. I. §. XIV. relinquatur, quod et ipsi iuri maxime consenta-
 neum docet LEYSER, sp. 283. Med. I; ab Ipsorum quoque, Quo-
 rum prudentiae relictum est, arbitrio dependet, quando, et qui-
 nam tutores, ad testimonium dicendum vel admittendi vel re-
 pellendi sint; neque falli putamus, quando eo magis etiam
 contra pupillos hoc tutorum testimonium statuamus admitten-
 dum. Vide late differentem BERL. Dec. P. II. D. 266. Idem
 quoque vice versa de minore pro curatore vel contra eum testi-
 monium dicente sentimus, modo nexus cum curatore vel tutore:
 quoad hanc causam cesset, et alia probatio deficiat. PRVKM.
 Conf. V. I. C. XII. n. 69 et 70.

§. XXX.

Vt denique tutores et curatores eo magis ad curam et fo- De salario tu-
 lertiam in rebus pupillorum vel minorum gerendis excitentur, torum et
 Ref. nostra illis praemium aliquod non denegat P. VII. T. XIII. curatorum.
 §. 3. in verbis: *da hinfuro etc. vorzumdere oder Curatores vmbi Be-
 lobnung, suppliciren: werden. etc. Et §. 4. si soll ihnen durch unser
 Schultheiß und Scheffeneine ziemliche Belohnung nach Billigkeit erkemnt
 werden.* RAVME Diff. sub praef. MOLLENBERG, de salario tut. occas.
 Iuris patrii P. II. T. XIII. C. V. §. 7. Neque ius commune ope-
 ras tutorum praeter tutelam praestitas irremuneratas esse sinit.
 MENKEN. Diff. de salar. tut. et Curat. Th. 9. n. 2. HERING. Diff.
 de munere tutelari haud gratuito S. I. Quid quod iniustum esset,
 aduocatum tutorem causam pupilli absque remuneratione de-
 fendere, quum quae in fauorem pupilli egit alii committere,
 et sumtus in rationes referre, alias illi licuerit. MENKEN. c. l. Th.
 10. Illustris quidem ORTH. Anmerk. ad Ref. III. Fortsetz.
 p. 384. statuit, vt solet acutissime, quod praeter officium tute-
 lae praestitum et secundum Tit. XIII. P. VII. Reformationis re-
 munerandum, pro aliis quoque laboribus praeter illud susceptis prae-
 miis sit ornandus tutor: Nec de iure ambigimus; sed, vbi im-
 praxi occurrat casus, quod aduocatus tutor processum pro pu-
 pillo ipse gerat, libero ipsius relinquatur arbitrio, num in folle:
 aliquid pro operis annuis sibi destinari, an vero labores suos.
 secundum ordinatum et taxatum pretium a pupillo sigillatim ac-
 specifice remunerandos esse, velit? Posterius si elegerit, quod
 G 3 salarium

salarium praeterea expectet, non est. Ita decretum in Senatu Seab. d. 10. Feb. 1731. *Es wird dem Hochgelahrten D. R. hiermit freygestellt, ob er mit dem ausgeworfenen salario anno von 20. T. sich begnügen, oder mit zurücklassung desselben seine bey der aufgetragenen Vormundschaft künftig vorkommende labores ordentlich verrechnen wolle, wie ihm dann, falls er sich in ein und andern näher erkläert hat, über 8. Tage die gewöhnlichen Vormundschafts Pflichten abgenommen werden sollen.*

§. XXXI.

Restat adhuc, ut ea consideremus processuum a tutoribus gestorum singularia, quae ex eo, quod pupilli sit lis quae geritur, deriuamus. Supra iam quibus in causis pupilli et minores in iudicio adesse nequeant, quibus possint, explicauimus, ostendimusque, in causis ciuilibus eos plane et sub nullitatis poena Ref. nostra P. VII. T. IX, §. 1. excludi, quae necessitatem minoribus imponit curatores ad litem petendi, qui si ab ipsis non fuerint petiti, aduersae parti imploranti denegari nequeunt. Putat quidem BOEHM. I. E. P. T. I. Tit. XXXII. §. 24. magis esse iudicis officium, dare tutorem, quam partis, petere; sed dissentit ab hac opinione MEY. D. XCV. P. IV. n. 2. Satis decisa in Reform. nostra haec lis videtur, per verb. §. cit. 1. *auf anrufen des gegentheils.* Vti vero hoc suo iure suaque exceptione, v. c. nullitatis processus, aduersarius potest, quamuis contumax, et vti litem negatiue contestatus fuerit, QUISTORP. de effectib. litis a iud. pro contestata habitae. intuitu rei exceptionum. §. 15. n. 3. et 4. Immo adhuc post decisa litem, in vim scil. impediendae executionis, adhuc locum habet. WILDVOGEL. Dis. de Except. rei iud. executionem impredientibus, C. 2. §. 6. Quodsi vero in nulla iudicii parte illam minorennitatis exceptionem opposuerit, neque pupillo curator ad litem datus fuerit, tunc neque pupillus ex sententia obligari poterit, quum illi semper exceptio supersit nullitatis: Immo neque si ipse velit obligandum eum putat MEVVS ad Ius Lub. P. I. T. VII. Art. VIII. n. 5, quod ita intelligimus, quod quamuis initio vterque, et tutor et pupillus, huic exceptioni renunciauerit, postea tamen semper, nisi maior factus repeterit renunciationem, ea opponi possit. Aduersarius vero non, ut pupillus, minorennitatis exceptionem in vim nullitatis, sed

Curatorem ad litem petere debet minor.

Aut petit illam aduersarius.

Quid si hic non petierit?

sed tantum ad sistendum processum iam inchoatum, interponit. MEV. c. l. Fallit vero quam supra adduximus regula, processum scilicet a minore solo gestum nullum esse, ex opinione Dd. praecipue tunc, si sententia pro minore lata fuerit. l. 14. C. de proc. VNGEPAVER Diss. de iure tutel. §. 37. circa finem; haec enim si in totum pro pupillo lata sit, tota, si pro parte, ex ea, quae pupillo prodest, salva manet. Porro etiam valet, si minor aetatis veniam impetrauit; si iurato maiorem sese dixerit; si iurato sese contra processum non venturum promiserit, iuramentum enim ex minore maiorem facit. Auth. Sacramenta puberum etc. C. si adu. vendit. item, si de interdicto de libero homine. exhibendo agitur; in possessoriis denique causis, in castrensibus, in spiritualibus etc. quae omnia latius deducit et legibus probat MEVIVS: ad Ius LVB. P. I. T. VII. Art. VIII. n. 8 - 18. et ZIEGLER in Discept. for. ad quos breuitati studentes B. L. delegamus. Quoad executionem vero differentiam quoad bona pupilli, quam adlegat SCHROEER. Inst. tut. et. curat. P. II. q. 46. p. 973. non video: Vbi enim res petita fuerit, res exhibenda; vbi non, tunc in nomina, pecuniam numeratam, mobilia sit executio, quibus non exstantibus et in immobilibus, iud. decreto. l. 5. §. 9. ff. de rebus eorum etc.

§. XXXII.

Quum itaque in plurimis causis solus in iudicio non admittatur minor, ideoque curator ipsi constituendus sit, prouti late huc vsque exposuimus, haec vero cura in persona minoris requiescat, non potest non vel morte, vel maiorenitate eius interire. Quid ergo, si minor durante lite diem suum obierit; anne et tunc obligatum putabimus tutorem? Et non videtur qui viuo datus est ad gerenda mortui negotia obligatus esse. Quum ergo Marer quaedam secundi matrimonii amplexa vincula a tutoribus postulare, vt quam pro pupillo de hereditate quandam ipsi viuo cessa, coeperunt litem, pro mortuo quodae hereditate perducant, fundata maxime in veteri dominio litis, que ad finem processus olim durante, nihilominus, quia hiece dominii litis effectus hodie cessat, v. BOEHMER. Diss. de dom. litis. C. l. §. 30. C. III. §. 18. recte et iuri conuenientissime hoc matri negatum, atque sequentem in modum pronunciatum est in Scabinatu Frfr. d. 5. Oct. 1757. *In Sachen des A. Anwalds entgegen die M. Vormunder, und H. hausfrau: Dafs, nachdem die H. hausfrau nunnebro sol. 72. Act. stirbres verstorbenen sohns erbin sich ganz deutlich erklart, dieselbe sich dieser Sache gaenzlich zuentschlagen, oder deren weitere Fortsetzung denen gewesenen*

Vormun-

Vormundern gedachten ihres sohns, mortuo pupillo et finito officio, wider deren
 willen aufzubürden nicht befugt. Hoc tamen non ita intelligendum
 est, ac si mortuo pupillo v. min. statim litem deserere queat tutor aut
 curator, sed continuanda est tutela v. cura, donec commode de tradi queant
 heredibus bona. LEYSER sp. 333. Med. 14. Quum autem tutela
 non morte solum, sed etiam maiorennitate, vel vera, vel ficta, cesset,
 ad hanc quoque applicanda est continuatio officii, monente illud nostra
 Reformatione P. VII. T. 7. §. 8. vbi: So sich nun die tutela gleich also
 geendet hat; Jedoch er der vormunder, oder Curator, eine rechtfertigung
 in vormunds namen, und von wegen seiner pupillen hat angefangen, so ist
 er (nach besage der rechte) schuldig dieselbe auch nachmals zu vollensüren.
 Es waere dann das er den pflegkindern gründliche rechnung gethan, und alles
 vollkömmlich zugestellt hätt, derowegen auch von ihnen endlich quittirt wor-
 ten waere. et Tit. IX. §. 2. Derselbig vweiter nichts zu verwalten, dem
 allein solche rechtfertigung, bis dieselbe zu ende geführet wird: Oder das müt-
 ter zeit derienige, dessen curator er worden, seine fünf und zwanzig Jahr
 vollkömmlich erreicht hab, und solche rechtfertigung fürter selber ausführen
 möge. Alsdann hat solche curatores auch ihre endt hafft. Quum ergo e.
 gr. tutores Iudaei, de quibus supra mentio facta, quorum minor maior
 facta iam erat, processum aduersa quidem parte contradicente desere-
 re vellent, sic decretum fuit in Iudicio Reuisorio Frfr. d. 17. Oct.
 1759. Dafs S. vormundere, im fall sie nach maßgabe hiesiger Reform. P.
 VII. T. VII. §. 8. binen 14. tagen glaubhaft darthun, das ihre Curanda das
 25. iahr zurückgeleget, und sie derselben gründliche rechnung gethan, auch
 ihr das ibrige vollkommen zugestellt haben, und von ihr endlich quittirt wor-
 den, der fortsführung gegenwaertiger rechtfertigung sich zu entschlagen, und
 solche ihrer Curandin zur eigenen Beförderung zu iberlassen wohl befugt; auser
 dem hingegen, und in Entstehung obigen beweijs, den angefangenen process
 auch bis zum end zu vollführen gehalten seyn. Quodsi vero non cura, sed
 tutela tantum, finita sit, et tutores curam quoque suscipere nollent,
 quod arbitrio eorum relinquitur in §. II. T. VII. P. VII. Ref. Frfr.
 non ante ab officio suo dimittuntur, quam si rationes redditae, et
 datj fuerint curatores, hique administrationem in se susceperint. §. 2.
 cit. ZIEGL. in L. II. T. IV. Decret. ad Cap. 6. et. 7. Haec autem
 sunt, B. L. quae speciminis loco pro viribus de officio tutorum et
 curatorum circa lites pupillorum minorumque suorum conscripsimus.
 Si quid materiae dignitati minus conveniens dictum, vel omis-
 sum, aut erratum fuit, illud aequi bonique consule
 nobisque faue.

Ipsa

*Ipsa quidem, fateor, sibi met pulcherrima merces
 Virtus, nec recti mens conscia laudis anbelat
 Et famae strepitum, meritis doctrina suisque,
 Quam titulis, vulgi et plausu clarescere mavult.
 Est tamen; est sua laus virtuti, gloria constat
 Egregie factis, doctrinam multa sequuntur
 Praemia sponte sua, et doctae praepouit honorem
 Ipsa Themis fronti, pretii non immemor aequi,
 Quod sibi devotis statuit sacroque labori.
 O SCHLOSSERE, TIBI qui, PRAESTANTISSIME, laudum
 Iam cumulus surgit vigilatis noctibus, omni,
 Quod decet atque iuvat sapientem, iustitiaeque,
 Et veri et recti, populique salutis amantem,
 Scrutando et penitus noscendo, rite sacratis!
 Quas collegit opes studium, sollertia, fervor,
 Et TVVS ingenuas erga artes nobilis ardor!
 Quam Patriam ornabis, Gentique novum decus addes
 Illustri, et reddes notum super aethera nomen!
 Testatur specimen, quod fausto sidere profers,
 Promptus et ingenio eloquioque tuebere comtus,
 Quae TIBI dexteritas quanto sit parta labore.
 Hoc Themis aequa videns, ne non ornatus abires,
 Iuridicam laurum deserti, praesaga futuri,
 Quem crescens semper meritum TIBI servat, honoris.*

POLITISSIMO DOM. CANDIDATO
 fummos in lure honores
 cum voto perpetuae felicitatis
 ex animo gratulatur
WOLFGANGVS ALBERTVS SPISIVS, D.

Antecessor Iuris primarius
 et Perill. Reip. Norimb. Consiliarius,
 Acad. Altorf. h. t. Rector,

PRAE.

PRAENOBILISSIME DOCTISSIMEQVE
DOMINE DOCTORANDE,

Disceffum paras, ac dignitate Doctorali ornatus ex Academia nostra abis. Ut absque laude et gratulatione TE dimittam a me impetrare non possum. Iurisprudentiae solidae atque masculae operam dedisti singularem, morumque suavitatem facile multos TIBI conciliafisti amicos virtutis TVAE cultores. Digna ergo TE ex merito TVO Iuvenem sequuntur praemia. Plura et maiora TE expectant; ipsa enim virtus TVA Paternae Fraternalaeque aemula ad laudabilia quaevis conanda et perficienda TE impellit: Ipsa quoque pulcherrima TIBI merces erit. Ex animo vero TIBI TVISQVE felices hos rerum TVARVM eventus gratulor, et uberiores non sine omine auguror. Abi; fida nihilominus TE nobis servabimus memoria. Reipublicae TVAE commoda auge: Non deerit illa TVIS augendis indiesque amplificandis: Sed vale, nostraec Academiae, et mihi, quod facis, fave.

D. GVIL. FRIDER. LINK. P. P. O.

ICror. Ord. b. t. Decanus.

Intaminatis fulget honoribus
SCHLOSSERIANI gloria Nominis,
Recteque factis fama perstat,
Et meritis, sapientiaeque.
Auctus recentes hoc decus accipit
Herede tantae laudis et aemulo
TE, quem suas Astraea censet,
Deliciasque suas, Apollo,
Natis in usum posteritatis, et
Aevi futuri commoda publica,
Accense summo iure ephebis,
Et meritis bene Candidatis,

SCHLOS-

SCHLOSSERE, honorum, quos tribuit *Themis*,

Et praemiorum, tempore postero,

Quin proximo, quae, laeta tanto

Patria Cive, TIBI rependet.

Quantis reuersum TE Patrium solum,

Insigne fama, plausibus excipit!

Quam TE PARENS Illustris ulnis

Blandiloquis tenet, ambit, haeret!

Quid casta sentis FRATRIS ad oscula

Clari et disertii! Dulce decus meum

Qui semper est, et cui salutes

Nomine mille meo rogabis.

DIGNISSIMO DOM. DOCTORANDO

obseruantiam suam te staturus

et omnigenam felicitatem apprecatus cecinit

D. IOH. BARTHOLOMAEVUS RIEDERER

SS. Theol. P. P. et Diaconus.

Te iuvat in prima coluisse *helicon* iuuenta

Te pulchras artes excoluisse iuvat.

Nunc exantlatos compensat *Apollo* labores,

Virtutisque offert praemia digna *Tuae*.

Macte! perennanti feliciter utere laura

SCHLOSSERE! in patriae commoda cresce *Tuae*.

Hic

Praenobilissimo ac Doctissimo

DOMINO CANDIDATO

Amico suo inter paucos certissimo

ad capeffendos summos in utroque iuue

honores gratulatur,

ac fausta quaeque apprecatur

IO. LVDOVICVS ALT.

Montanus. Opponens.

H 2

PRAF-

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE
 DOMINO CANDIDATO
 FAVTORI ET AMICO AESTVMATISSIMO
 S. D. P.
 IOANNES FRIDERICVS BAUDERVS
 I. St. Opponens.

TE, *Candidate Dignissime*, tanta morum studiorum-
 que laude conspicuum, meis praeconiis frustra quidem
 commendare conor. Habet vero, uti Plinius ait,
 haec sollicitudo, quod omnia necessaria putet. Qua
 propter non possum non publice profiteri, TE maxi-
 mis qui TE expectant honoribus dignissimum, et in
 amicitia illum esse.

Cui pudor, et iustitiae soror
 Incorrupta fides, nudaque veritas
 Nullum invenient parem.

Hoc munitus testimonio, ardentissimisque quae
 amor flagitat pro salute TVA comitatus votis, redde
Spectatissimis Parentibus Filium maxima iam dudum mi-
 narum; praemia quae patria meritis paravit capesse,
 et communi nostro voto anxie TE expectanti nuncia,
 amicitiam virtute fundatam nullo dissolvi posse
 aevo. Vale.

CORRIGENDA

- P. 6. l. 24. pro rogare l. implorare
 P. 11. l. 1. del. et
 ibid. l. 24. pro possit l. posse
 P. 39. l. penult. del. cal.
 P. 48. l. 11. pupilli deducta l. deducta, pupilli

AG: 153 643

(x 2580 273)

VD 18

ULB Halle

007 510 403

3







22. 27

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
OFFICIO TUTORVM ET
CURATORVM CIRCA LITES
PUPILLORVM ET MINORVM
AD ILLUSTRANDAM REFORMAT. FRANCO-
FVRTENSEM P. VII. T. IV. §. IV.
ET IX. ET T. IX.

QVAM
AVXILIANTE DEO
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI IURECONSULTORVM ORDINIS
IN INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO SVMMIS IN VTROQUE IURE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
RITE CONSEQVENDIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
AD D. XIX. APRIL. MDCCLXII.
SVBMITTIT
IOANNES GEORGIVS SCHLOSSER
MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

ALTORFII
TYPIS IOH. GEORGI MEYERI ACAD. TYPOGR.

27

